

Primogenituræ, disc. 267.  
Successionis, disc. 230.

N

Narnien. fideicommissi, disc. 113.  
Eadem prædii, disc. 142.  
Neapolitana distributionis, disc. 22.  
Eadem hæreditatis, disc. 154.  
Eadem fideicommissi, disc. 186.  
Eadem fideicommissi de Lantariis, disc. 34.  
Nullius five, &c. disc. 271. disc. 269.  
Nullius legitimi Contradictoris, disc. 271.  
Nullius seu, &c. disc. 126.

P

Pano rmitana commutationis, disc. 254.  
Primogenituræ, disc. 232.  
Patnen. fideicommissi, disc. 222.  
Fideicommissi de Anguisciolis, disc. 56.  
Eadem fideicommissi de Garziis, disc. 28.  
Eadem fideicommissi de Scuffonis, disc. 148.  
Eadem de Venturis, disc. 83.  
Eadem primogenituræ de Manfredis, disc. 67.  
Perusina crectionis Canonicatus, disc. 182.  
Eadem fideicommissi de Ansideis, disc. 107.  
Eadem fideicommissi de Battistis, disc. 101.  
Fideicommissi de Cæfareis, disc. 239.  
Eadem fideicommissi de Corradis, disc. 191.  
Eadem fideicommissi de Vinciolis, disc. 191.  
Eadem transactionis, disc. 151.  
Fideicommissi, disc. 264.  
Pisana fideicommissi, disc. 270.  
Pisauren. primogenituræ, seu fideicommissi, disc. 74.  
Fideicommissi de Oliveriis, disc. 189.  
Eadem Majoratus, disc. 4.  
Pistoien. fideicommissi de Cancellaris, disc. 26.  
Placentina fideicommissi de Todichis, disc. 89.  
Fideicommissi, disc. 216.  
Eadem fideicommissi de Visdominis, disc. 24.  
Eadem hæreditatis, disc. 156.  
Prænestina fideicommissi, disc. 78.

R

Rapollen. seu Melphien. disc. 70.  
Rætina honorum de Canalis, disc. 165.  
Eadem fideicommissi de Clavellonibus, disc. 138.  
Eadem fideicommissi de Solidatis, disc. 51.  
Eadem fideicommissi de Vecchiarellis, disc. 18.  
Rætina Primogenituræ, disc. 267.  
Recanaten. derogationis fideicommissi, disc. 268.  
Romana apothecarum, disc. 80.  
Associaionis disc. 35.  
Census seu fideicommissi, disc. 118.  
Commende, disc. 8.  
Derogationum, disc. 273.  
Domus de Guidottis, disc. 81.  
Domus de Antonis, disc. 160.  
Domus, disc. 108.  
Donationis de Andofilla, disc. 139.  
Donationis de Cevis, disc. 137.  
Donationis de Alaleona, disc. 138.  
Donationis de Jordanis, disc. 171.  
Donationis de Silla, disc. 140.  
Fideicommissi de Alberinis, disc. 53.  
Fideicommissi, disc. 224.  
Fideicommissi de Alborghertis, disc. 238.  
Fideicommissi, disc. 256.  
Fideicommissi, disc. 257.  
Fideicommissi, disc. 272.  
Fideicommissi de Ametis, disc. 224.  
Fideicommissi de Baldassinis, disc. 45.  
Fideicommissi de Boncompagnis, disc. 55.  
Fideicommissi de Capogallis, disc. 79.  
Fideicommissi de Celsis, disc. 134.  
Fideicommissi de Cincis, disc. 76.  
Fideicommissi de Coronis, disc. 131.  
Fideicommissi de Cupis, disc. 64.  
Fideicommissi de Donis, disc. 43.  
Fideicommissi de Pontana, disc. 99.  
Fideicommissi de Glorieris, disc. 41.  
Fideicommissi de Incafiatis, disc. 75.  
Fideicommissi de Lopez, disc. 192.  
Fideicommissi de Marganis, disc. 168.

Fideicommissi de Maurellis, disc. 74.  
Fideicommissi de Maximis, disc. 84.  
Fideicommissi seu Salviani de Pacificis, disc. 163.  
Fideicommissi de Pandinis, disc. 19.  
Fideicommissi de Pontianis, disc. 27.  
Fideicommissi de Romaulis, disc. 93.  
Fideicommissi de Victoris, disc. 23.  
Fideicommissi de Urfinis, disc. 37.  
Fideicommissi de Urfinis, seu Blanchinis, disc. 11.  
Eadem de Gratiis, disc. 145.  
Hæreditatis de Gabrielibus, disc. 124.  
Hæreditatis de Jordanis, disc. 62.  
Hæreditatis de Mulsis, disc. 149.  
Hæreditatis de Rubeis, disc. 155.  
Hæreditatis de Spatis, disc. 57.  
Juris accrescendi, disc. 111.  
Legati de Carafis, disc. 52.  
Legati de Frangipane, disc. 187.  
Legatorum, disc. 110.  
Liberationis a molestiis, disc. 179.  
Locorum montium, disc. 58.  
Locorum montium, disc. 185.  
Seu Comen. locorum montium, disc. 152.  
Seu Januen. locorum montium, disc. 153.  
Nominationis, disc. 262.  
Seu &c. officiorum, disc. 150.  
Palatii de Capranica, disc. 106.  
Primogenituræ de Amadoris, disc. 188.  
Primogenituræ de Aldobrandinis, disc. 205.  
Primogenituræ de Bubalo, disc. 208.  
Primogenituræ de Cæfarinis, disc. 201.  
Eadem primogenituræ de Cælarinis, disc. 204.  
Primogenituræ de Ormanis, disc. 212.  
Primogenituræ de Sabellis, disc. 214.  
Primogenituræ de Bariscianis, disc. 190.  
Primogenituræ de Bubalo, disc. 25.  
Primogenituræ de Capuzichis, disc. 50.  
Primogenituræ de Cardellis, disc. 135.  
Restitutionis dotis, disc. 109.  
Seu substitutionis exemplaris, disc. 184.  
Seu Urbevetaua successiois, disc. 104.  
Successionis de Fabriciis, disc. 122.  
Successionis, disc. 229.  
Seu Tiburina Castrorum, disc. 240.  
Transactionis, disc. 94.  
Vinea, seu fideicommissi de Monte, disc. 42.  
Rossanen. disc. 125.

S

Sabinen. fideicommissi de Serangelis, disc. 87.  
Senen. primogenituræ, disc. 117.  
Eadem fideicommissi de Tantuccis, disc. 141.  
Fideicommissi, disc. 232.  
Senogallien. fideicommissi de Seculis, disc. 144.  
Eadem fideicommissi de Verzillis, disc. 116.  
Spoleana fideicommissi, disc. 175.  
Sublacen. disc. 159.  
Sutrina, seu Civitatis Castellane fideicommissi, disc. 119.  
Sutrina successiois, disc. 103.

T

Taurin. Primogenituræ, disc. 213.  
Terracinen. fideicommissi, & Pacti, disc. 226.  
Tropien. fideicommissi, disc. 223. disc. 161.  
Tudertina fideicommissi de Accursis, disc. 115.

V

Valentina Majoratus, disc. 16.  
Majoratus, disc. 210.  
Viterbien. fideicommissi de Perronis, disc. 82.  
Fideicommissi, disc. 245.  
Eadem successiois, disc. 66.  
Urbanien. Primogenituræ, disc. 263.  
Urbevetaua fideicommissi, disc. 225.  
Urbevetaua fideicommissi de Cenciolinis, disc. 20.  
Eadem fideicommissi de Cervaria, disc. 97.  
Eadem fideicommissi de Justinianis, disc. 102.  
Eadem Majoratus, disc. 6.  
Urbinate. fideicommissi, disc. 244.  
Primogenituræ, disc. 263.  
Prædii, disc. 129.



JO. BAPTISTÆ  
CARD. DE LUCA,  
Liber Decimus,  
DE FIDEICOMMISSIS, PRIMOGENITURIS,  
ET MAJORATIBUS.

MUTINEN. MAJORATUS  
CORRIGGIARI  
INTER  
PHILIPPUM, ET LUDOVICUM  
DE COCCAPANIS.

Casus decimus per Judices deputatos  
pro Philippo.

De majoratibus Italiæ, an regulentur juxta primogenituras, & majoratus Hispaniarum cum ordine successivo, & cum prærogativa lineæ, quæ vincat ætatem, vel potius sint saltuarii de seniore in juniore, spectata solum qualitate naturalis majoris nati, itaut ætas vincat prærogativam lineæ; Concluditur pro lineæ in successione, & præ ætate in administratione.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi series.
- 2 Resolutio casus.
- 3 In senis individuis, ac in primogenituris, & majoratibus Hispaniæ lineæ vincit ætatem, & gradum.
- 4 Senus in majoratibus Italiæ juxta unam opinionem, quæ refertur.
- 5 Contrarium juxta alteram, quæ etiam refertur.
- 6 Senus auctoritas, ut ipsa sit questio facti, & quomodo decidenda sit.
- 7 Ubi agit de jurebus consensibus in sola administratione, vel honorificentia, est verior prima opinio, præsertim in senis avariis.
- 8 Idem in aliis bonis, in quibus omnes succedant cum majoratu in sola administratione.
- 9 Et idem in hereditariis gentilitio, in quo senior habeat exercitium.
- 10 Quando etiam in istis tenenda sit secunda opinio pro prærogativa lineæ.
- 11 De quadam honorificentia familie Orsini in Civitate Neapolis.
- 12 Quando antianitati, seu majori ætati deserendum sit.
- 13 Ubi agitur de successione in bonis distinguuntur casus.
- 14 Quando bona unam lineam sunt ingressa, tunc verior est secunda opinio, de que n. 5. & de rationibus.
- 15 Ponderantur rationes, & inconvenientia, ob quæ isto casu secunda opinio tenenda est.
- 16 De altero casu, in quo plures concurrant ex integro Card. de Luca, Lib. X.

- ad successionem, quæ neutram lineam ingressa sit.
- 17 Ubi hoc secundo casu procedat prima opinio favore senioris, potissime in successione transversalis.
- 18 Contrarium Author verius credit, ut etiam hoc casu sit verior secunda opinio pro prærogativa lineæ, & de rationibus.
- 19 Quando prima opinio recipienda sit.
- 20 Quod auctoritatibus consensuum non sit deserendum, & de ratione.
- 21 Est questio voluntatis, idcirco principaliter instendum super circumstantiis facti particularis.
- 22 De argumentis suadentibus salutariorum.
- 23 Mutatio testamenti, seu cancellatio probat mutationem voluntatis.
- 24 Declaratur nisi dicta revocatio, vel cancellatio aliam habeat causam.

D I S C I

Bernardinus Corrigharius in primo testamento, instituit hærede Hercule juniore de Coccapanis Herculis senioris ejus avi materni nepote ex Guidone filio, illi substituit majorem natu ejus filiorum, & descenditum; In altero vero ad horas condito, instituit dicto avo materno in quadam quantitate, hæredem pariter scriptis eundem Herculem juniorem, cui substituit majorem natu filiorum, & descenditum dicti Guidonis ejusdem Herculis patris in perpetuum; Cumque post mortem testatoris obiisset etiam dictus Hercules hæres absque prole, superstitibus Philippo nepote ex Alfonso fratre succedogenito prædefuncto, & Ludovico tertio genito, Hinc inter istos orta est questio successiois in hoc majoratu eaque commissæ per Ducem Mutinæ tribus iudicibus particulariter deputatis, duo ex eis sub die 5. Octobris 1656. pro Philippo Juniore ac remotiore ob prærogativam lineæ primogenitæ responderunt; Alter vero pro Ludovico ob prærogativam ætatis respondendum censuit editique, tam per istum, quam per illos motibus de more desumptis ex iis, quæ per Advocatos, & Consules hinc inde deducta fuerunt, & quæ motiva duorum respondentium pro Philippo longe post hæc scripta sub nomine decisionis Consilii Mutinensis registrata fuerunt per Manuum inter ejus consultationes, consulti. 97. incertus ex qua parte, omnibus dictis motibus communicatis, pro veritate de mente Februarii 1657. consultus fuit, quamnam veritas mihi videretur probabilior.

Ille qui tenebat partes Ludovici patri majoris natu, agendo prius de articulo juris generaliter, & in abstracto, deinde vero in concreto de casu speciali, ejusque particularibus circumstantiis, unam vel alteram voluntatem suadenti.

dentibus; Quatenus pertinet ad primam, cum eo prolixior fit stylo, qui extra Curiam est in usu, satis insulset in majori auctoritatum calculo assistente Ludovico patruo habenti prerogativam aetatis, non curatis iis, que per Italos ac Germanos, & alios firmantur in primogenituris, ac Regnis & feudis dignitatum individuis iure primogeniturae descendendis, vel per Hispanos in illis majoratibus qui ex legibus vel styli particularibus iure Regni seu feudi individui dignitatis, & primogeniturae regulantur, cum beneficio representationis ad favorem nepotis contra patrum obliuiscam prerogativam, iuxta opinionem hodie receptissimam ac amplius non controversam, Quoniam id recipiendum non est in majoratibus Italiae in hoc differentibus ab illis Hispaniae, quod sint saluaria de seniore in seniore, spectata sola prerogativa aetatis per naturam seu veritatem, ac iuxta ordinem natiuitatis, non curata prerogativa lineae, minusque altera gradus, cum iudicio in id pro dicta saluaratione, Alexandrum conf. 4. lib. 4. Alciat. conf. 138. n. 11. & seq. lib. 5. Peregr. conf. 64. num. 10. lib. 2. & conf. 34. num. 17. lib. 3. Menoch. conf. 886. Surd. conf. 103. & 455. repetit. conf. 468. Bellon. jun. conf. 11. num. 38. cum seqq. Berous conf. 71. lib. 1. Malval. conf. 22. Honded. conf. 70. lib. 2. Mangil. de imp. quest. 77. num. 169. Gratian. discept. 456. num. 82. & discept. 695. num. 1. & 2. Fulat. conf. 39. & seqq. & de substitut. quest. 387. Redena. conf. 82. Prat. discept. 98. tom. 1. & in addit. ad Paschal. de patria potest. part. 4. cap. 9. ad num. 6. Amat. var. resol. cap. 1. num. 12. & 27. Theaur. Jun. lib. 2. qu. 22. num. 3. & lib. 1. q. 35. num. 4. & 5. & 17. Galeota lib. 1. controu. 48. & alios collectos per Ciardin. tom. 3. controu. post hae scripta edito controu. 222. Quibus addi possunt que in terminis Commende militaris Religionis S. Stephani erectae cum iudicio maioratus ad favorem maioris nati firmantur in decisione edita in Florentina commende de Pazis de anno 1633. pariter longe post hae registrata inter dictas consultationes Manzii, conf. 99. & in restrictis scribentium in ea causa pro quibus ac similibus auctoritatibus innumum instabantur in eo quod in huiusmodi maioratibus attenditur solum huiusmodi prerogativa per naturam, non curata prerogativa lineae, in hoc differentibus maioratibus Italiae ab illis Hispaniae.

Quod clarius idem motivorum procedere dicebat ex facti particularibus circumstantiis, dum testator in priori testamento maioratum ordinaverat in linea, & descendencia Herculis haereditis instituit, deinde vero mutato consilio, ac insinuo Herculei uel in priori testamento praeterito eundem maioratum ordinavit in linea, & descendencia Guidonis, unde propterea inferrebat, testatorem non respexisse ad ordinem descendendum.

Exverso autem, dico qui erant concordos pro nepote, credebant dictam differentiam inter maioratus Italiae ac primogenituras, siue maioratus Hispaniae, esse mere verbalem, nulli iuridico fundamento vel probabilis rationi innixam, ideoque istos esse terminos synonymos, atque idem quod dicitur de primogenituris, ac de maioratibus Hispaniae seu de Regnis & feudis dignitatis, in huiusmodi etiam maioratibus recipiendum sit ex auctoritate Barbae conf. 10. lib. 2. Gratian. conf. 6. & 7. Alciat. apud Gratian. conf. 8. Menoch. conf. 886. n. 25. & sequent. & conf. 981. ex num. 1. & per totum, ac etiam Rotae in Tyburina fideicommissi coram Arguelles impressi, apud Redena. conf. 17. alias dec. 1. par. 10. rec. ubi maioratus & primogenitura habentur pro synonymis, quodque talis esset communis loquendi usus, ut patet videre esse ex dictis motivis ut supra impressis apud Manzium d. conf. 97. Et his addi possunt ea quae in consimili controverbia ad favorem nepotis minoris nati habentis prerogativam lineae contra patrum vel alium naturaliter natu maiorem, late firmantur in dec. Rotae Lucensis registrata apud eundem Manzium conf. 96. ubi etiam de iis, quae per ipsum auctorem ac alios fuso calamo ac elaborate pro eadem parte videlicet deducta fuerunt conf. 92. cum seqq.

Ego autem attentè ponderatis omnibus praemissis, alijque auctoritatibus de materia agentibus, retentisque sensu, quem perpetuo habui, ut ultimarum voluntatum quaestiones dicantur potius facti quam juris, iuxta singulorum casuum particularium ac individuum circumstantias decidenda, quodque propterea prorsus erroneum sit eis iis, quae per Consulentes vel Decidones in eorum respectivè casibus firmatae fuerunt, certam ac determinatam regulam generaliter statuere, cum solum auctoritates praedictae ponderati ac attendi debeant pro quodam lumine seu norma, ad effectum regulandi congruam applicationem ad casum, iuxta istius qualitatem.

Pro indaganda veritate, ac tollendis aequivocis, quae ex praedictorum Auctorum consilia confusione resultant, ob diversitatem casuum, de quibus ipsi tractant, omnino procedendum esse dicebam cum plurimum diversorum casuum distinctione, ex qua veritas resultat.

Primus igitur casus est, ubi non agitur de iure successorio in hereditate ac bonis ad propriam utilitatem, sed solum de iure honorifico, siue importante aliquam administrationem, cuius effectus in aliorum utilitatem redundat, illa ipsi fuerit administrantis quoadque etiam admixta, ut e. g. in feudis dividuis, quae ad differentiam individuum per feudistas vocantur juris Longobardorum, & quae per feudatarium morientem habentem huiusmodi facultatem omnibus filiis, & descendentiis pariformiter relinquuntur, sub regimine tamen, & administratione majoris natu pro tempore, penes quem iurisdictionis exercitium, aliaque concernentia feudi administrationem, ad omnium tamen communem utilitatem residere debeant; ad omnia tamen communem expressa vel conjuncturali non refragante, pro saluaratione probabilius respondendum venit; Tum quia non urgent illae rationes, illaque inconvenientia, quae urgent in casu successiois bonorum ut infra; Tum etiam quia id percutit solum actum prudentiae & intellectus, ideoque merito committitur seniori; Et in his terminis administrationis feudi, vel quoad substantiam vel quoad utilitatem dividui, & omnibus de genere communi loquuntur, Berous d. conf. 71. lib. 1. Malval. conf. 22. Honded. conf. 70. lib. 2. & ceteri in illam causam pro una vel altera parte scribentes, & de hoc etiam agitur apud Grat. d. discept. 695.

Quod etiam in bonis indifferentiis ac simplicibus fideicommissis ordinatis ad favorem omnium descendendum, seu de certo genere quoadque ordinari solet, instituendo scilicet hunc imperproium maioratum, potius administratorium, quam successorium, iuxta casum de quo infra in Urbemana maioratum, discept. 6. Et praedictari etiam solet in distributionibus subsidiorum praestandorum singulis annis illis de familia vel descendencia, iuxta casum de quo pariter infra in Januensis distributionibus, discept. 6. Frequentius vero id contingere solet in iurepatronatus, & praedictari gentilitio seu alius competente alicui generi seu universitati bonorum ut personarum, quod exercitium praesentationis, aliorumque iurium patronalium, vel honorificorum ad tollendas consuetudines demandari solet in vel pluribus natu maioribus, id est senioribus; Et in his terminis loquuntur Gratian. discept. 645. num. 7. & 12. cum sequent. & discept. 834. num. 6. & per tot. Vivian. de iurepatr. lib. 4. cap. 9. num. 55. Lotter. de benef. lib. 2. quest. 11. num. 93. Rota dec. 362. num. 11. part. 5. recent. apud quos recententur Lambertini, & alii antiquiores ad hunc effectum principales, ac late collecti per Ciardin. d. controu. 222. & qui etiam in dictis motivis cum labantur, eodemque terminis percipiuntur dec. Rota 15. & 100. par. 2. d. v. quae pro saluaratione factis ponderabatur.

Nisi facti circumstantiae etiam in his iuribus honorificis ac intellectualibus probabiliter diversam testatoris, seu alius disponentis voluntatem luadant, quia nempe si alius descendenti, vel ratione feudi dignitatis aut aliis individui & juris Francorum, vel ratione alicujus primogeniturae, seu maioratus in ea existentis, adite ille qui cum ordine successivo primogeniturae, faciat magis conspicuum figuram maioratich, seu capitis domus, Si enim in ea domo, vel familia erigatur ius patronatus, cuius exercitium in iuribus patronalibus, & honorificis datur majori natu; siue erigatur mons subsidio cum similibus, tunc sub nomine talis maioris nati, omnino probabilibus vocatus censendus est ille, qui dictam magis conspicuam figuram facit maioratich, seu capitis domus; Cum enim tractu temporis dilatata aliqua familia vel descendencia in plures ramos, illi qui sunt secundogeniti, vel a secundogenitis descendentes, soleant esse pauperiores, ac longe interioris, & humilissimum status, quam sit ille possessor primogeniturae, vel feudi, qui maioratich, seu capitis domus figuram facit, itaque quoadque dignoscatur ea differentia, quae est inter Magnatem, & simplicem popularem. Hinc proinde prorsus incongruum ac verisimili testatoris seu fundatoris voluntati contrarium videtur, ut huiusmodi actus, quamvis solum praesentientia, & honorificis, spreto illo, qui in domo, Magnatis vel nobilissimis divitis figuram facit, admitti debeat ille qui sola ratione aetatis fediat ac natu major erit vilis, vel abjectus, itaque potius expediat illum occultare ac negare quod sit de domo, ut frequenter experimur, dum magis inepti afo cordes, in quibus ingenium minore, vel nullam operationem faciat, folique sensui serviunt, ut plurimum longiorum

rem vitam habere solent quam viri prudentes literis vel aliis virtutibus exercitiis incumbentes; Uterq. gr. in Ecclesia insignis Monasterii Montis Oliveti Neapoli fundati per Antonium Orsiliam magnam J. C. illustre Regni Viceprocuratorum, in die distributionis palmarum, seu candelas, interveniente ibi Prorege cum eius Collaterali Consilio ac milii primi ordinis Magnatibus & Titularis, post ipsum Proregem, five Regem, si esset praesens, primum locum in distributione occupabat Majoratich, seu candelas deditibus vel de domo dicti fundatoris majori natu, ex quibus mihi ignotum est, an hodie adint necne, sed ista Majora intelligitur de illo, qui ratum in iuribus bonorum ut supra faciat magis conspicuam figuram domini, seu capitis domus; Maximum enim absurdum esset, quod isto tanquam iunior neglecto, hunc actum explicaret alicuius senior, in vili ac abjecto statu constitutus, cum similibus; Ideoque etiam in his iuribus intellectualibus & honorificis, licet in dubio regula, vel praesumptio sit pro saluaratione, ut d. dec. 15. & 100. part. 2. d. v. Adhuc tamen intelligendum est, discretè ac iuxta subiectam materiam, & singulorum casuum particularium circumstantias, unde pariter remanet quaestio potius facti quam juris, non recipiens certam generalem determinationem, cum solum in iuribus intellectualibus & honorificis, qualitas senioris, seu antiquioris videatur considerabilis inter plures, quibus aequaliter idem ius tribuit praesentiam, eo modo, quo videmus in Tribunalibus, vel Collegiis, alicuique corporibus politicis, quod antiquior, qui Decanus nuncupari solet, quamvis aequali tamen quamdam maiorem praesentiam ac superioritatem cum similibus.

Ubi vero non agitur de iuribus solum intellectualibus, & honorificis ut supra, sed de iure successorio in bonis, private ad alios, iuxta casum controversae, Et tunc pariter observabam, distinguendum esse inter casum, in quo bona de quibus agitur aliquam lineam ingressi sint, itaque mortuo testatore, contentio fit inter eius filium vel alium descendentem iuniorem contententem de continuatione bonorum in eadem linea, & inter defuncti fratrem vel alium transversealem ad eum solum descendente, qui ratione maioris aetatis praesentiam praetendat; Et alium casum, in vel colonellis, veniant, atque aequaliter ad nove successiois pertinentiam aspiant persone diversas lineas, seu colonellos confluentes, quarum una habeat prerogativam lineae, altera vero prerogativam aetatis.

In primo casu, quidem plures ex superius allegatis dicant, constitutum differentiam ut supra inter maioratus civitatis Italiae, ac istos maioratus, quos dicitur, quoniam, quamvis tenentur Grati. conf. 6. & 7. & alii de quibus supra, & in dictis consultationibus 92. & seqq. & 96. Manzii, eadem linea, ut idem dicendum sit in huiusmodi maioratibus, seu maioratibus, siue in nostris primogenituris, soluta regula, ut bona unam lineam ingressa, ab ea non egrediantur, neque ad aliam transcant, nisi illa prius evacuata, tunc uel usu ac de facto haberi solent pro synonymis, dictaque differentia majori parti ipsorum iustitiam ignota esse maioratus per ambitiosos viros ordinari solent pro decore unionis divitiarum, ita melius conservando mediante ideoque prorsus incongruum, irrationabile, ac indecorum est, verisimili etiam testatoris voluntati omnino contraria constituta est, contingente morte postestoris, eius filii, vel descendentes, more Turcarum, pauperes ac viles remanere lineae, seu colonelli, quod ad breve tempus decedente, idem Pluribus etiam aliter concurrentibus inconvenientibus, quae, tam humana prudentia, quam verisimili disponentis voluntati adversari videntur; Et praesertim, ultra jam dicta, reseruat illud falsis dispositionis illorum bonorum, quorum perpetua conservatio in una persona ambiviosus testator consideravit; Cum enim data huiusmodi saluarationis, successio in numerosis praesertim familiis, & descendentiis, desereret in viros senes, isti agnoscentes bona

transmittere non posse ad propriam sobolem ac descendendam; more simplicium usufructuariorum curarent quo magis fieri posset ea extruere, & quominus colere & conservare, nullatenus autem meliorare; Et quod magis, si praedecessor aliqua bona diffraxisset, utique negligerent dispendiosas lites asumere, bonaque diffracta vel jura neglecta recuperare, ut in aliis iuribus solum vitalitatis, atque ad suos non transmissibilibus frequens, & quotidiana praxis docet.

Alterum gravius, magisque absurdam, seu inconvenientem est illud magnarum ac inextricabilium litium, quae ita in quocumque casu aperitur successiois contingenter, si ad remotum tempus testatoris descendencia, in plures ramos, seu colonellos divisa, per longas ac incertas genealogias inspicendum esset, an concurrentes descendant ab eodem stipite necne, iuxta casum disputatum per Peregr. conf. 47. lib. 2. contra quem late, & bene in specie scripsit Menoch. conf. 1171. Et ex qua ratione, quidquid maiores nostri acerrime certaverunt, hodie, tam in fideicommissis, quam feudatibus, vel in emphyteuticis successiois receptum est attendendum esse proximitatem gradum, non autem gravitatem, ut frequenter infra eod. tit. super huiusmodi hodie receptissima conclusione habetur; Unde quicquid aliqui Consulentes, inferendo pecuniam, & ad causam, vel requisitis opportunitatem dicant, fabule speciei hodie videretur praetendere huiusmodi saluarationem cum avocatione bonorum ab ea linea jam durante, & praesistente, in quam ea ingressa sunt.

Aliqua major dubitandi ratio cadere videtur in dicto alio casu, in quo extincta illa linea, in quam bona ingressa sunt ac steterunt, concurrunt plures diversarum linearum, cum eisdem generis persone per transversum, quarum quilibet proprium stipitem, seu lineam constituitur, contentant de alterius concurrentis, ejusque linea perperua excludione, donec admitti linea ducet, cum iure transmissiois, & continuationis coepentis ex superius insinuata regula de linea semel ingressa, &c. Et de isto casu proprie agit Alex. conf. 42. lib. 4. qui reputatur antesignanus opinionis tenentis huiusmodi maioratum saluarationem, istoque terminos percipientium superius allegati ad huius opinionis comprobationem, praesertim Peregr. conf. 33. lib. 2. Surd. conf. 403. & 455. Fulat. conf. 39. cum sequent. Prat. discept. 38. & alii praesertim Theaur. Jun. lib. 2. q. 20. & Bellon. Jun. conf. 11. ex n. 34. Qui duo praesertim Theaur. firmant, clarius ac tutius id procedere, ubi ageretur de maioratu ordinato per transversealem, itaque contentio esset inter plures personas, seu lineas transverseales, qualis erat casus praesentis controversiae, dum testator erat transverialis; atque mortuo primo instituto sine prole eorum esset inter patrum & nepotum, qui licet dependentes ab eodem stipite Guidonis patris, & avi respectivè, inter se tamen dicebantur extranei diversis lineas constitutur, itaque concursus esset ex integro, & in ingressu, non autem in progressu.

Quamvis autem, ubi cum arithmetico numero auctoritatum procedendum esset, ma or calculus opinionum, qui faveret seniori, seu majori natu per naturam assisteret, quae faveret gereret consideratio, quod isto casu non militaret illa absurda & inconvenientia, quae superius consideratae sunt in praecedenti casu, in quo ageretur de tollendo bona à linea admissa, ac excludendo filium, vel descendente ultimi possessoris, ob transversealem quoadque remotum, ac extraneum ex sola ratione aetatis; Adhuc tamen plures ac plures punctum animo revolvendo, Et quod magis est, omnino incertus est cuius parte requisitus essent, unde propterea cessabat ea quaedam affectio, quae etiam in Responsis pro veritate erga benevolentium requirentem concipi solet, Non potui captivare intellectum in obsequium huius opinionis, cum tam ex communi usu, quam etiam spectato sine, ob quem huiusmodi ambiviosae dispositiones concipiuntur, & primogenituras in Italia continere quamdam legaleam metaphysicam Consulenti, qui vel in gratiam eos conducentis pecuniam inferendo, vel ad propriam acuminis ostentationem, ita subtilizare solent, absque eo quod testatores, nec quidem à longè ad huiusmodi terminorum distinctiones reflectant sed verius videtur ut maioratus & primogeniturae, etiam in Italia habeantur pro synonymis, ut praesertim liquet ex casu, de quo discept. ubi in Florentina Civitate, quae lingua Etrusca, saltem ratione residentia Principis, Metropolis diel potest, haec pro synonymis habentur; Possimè quia ob longam dominationem Hispanicae Monarchiae, in adeo notabili Italiae parte, tam vocabulorum, quam etiam morum non modica communicatio sequuta est, unde idem reputari solet primogenitus, ac maioratus.

Dicta vero opinio profalvatore, juxta ponderationem, quae ad alium effectum haberet infra in *Ferrariensis* *fideicommissi de Franchis* *disc. 9.* recipienda videtur in illis successibus, quae per quamdam speciem beneficii ecclesiastici vel officii important solum commodum vitalium ac personale abique tractu successivo, seu perpetua distinctione linearum, sed omnibus de genere vocati quasi unam lineam, seu unum corpus constituentibus, demum inter singulos quidam ordo prelationis ex prerogativa antichristi abique perpetuo, vel successivo praedictio alterius junioris concurrentis, qui per defectum senioris admitti eandem successionem quoque sperare valeat, ut frequens praxis docet in beneficiis, vel aliis juribus, quae admittunt beneficiorum de iurepatronatus passivo, quae dantur solum ad vitam personis in calibatu constitutis, Secus autem ubi talia beneficia vel jura, quamvis personalia & vitalia, deferantur etiam uxoris suscipientibus propriam solentem, ad quam tanquam per speciem primogeniturae vel majoratus idem jus sit transmissibile, juxta casum, de quo infra in *Romana Commenda* *disc. 8.* Ideoque mihi non placuit decisio in *Florentina de Patris* de anno 1673, registrata apud M. N. *in consulti. 99.* ut advertitur in *dicta Romana Commenda*, ac etiam in *Pisana Commenda de Grifonis* *sub tit. de Jurispatronatus*, ubi de commendis ejusdem Religionis, de qua agitur in *dicta decisione* Florentina.

Neque movere me potuit major auctoritarum cumulus, ex eo praesertim, quod non esset Repetendum, vel in *Traditionibus* ad solam veritatem loquentium, sed Consilientium, quorum auctoritas utpote frequentius ad pecuniam vel affectionem semper suspecta est, Ideoque in satis modica consideratione habenda; Ut enim quotidiana praxis docet, hujusmodi majoratum cause solent esse de majoratus eo saeculo in regione currentibus, in quibus hinc inde ferè omnes clari nominis Juris Consulti totius Italiae seu regionis consulti solent, quolibet ad opportunitatem requirerentur respondent; Quod autem ex pluribus in copioso numero pro utraque parte scribentibus, casus praebet, ut aliquorum labores publicam ac perpetuam lucem habeant, illi vero aliorum obliantur, atque in tenebris remaneant, non inde tamen inferendum est, ut ea pars, cui talis casus hanc majorem praebet prerogativam, censenda sit verior, si vera inspectis juris principis non sit talis, Atque in hoc consistit satis damnablem pragmaticum usum attendendi majorem scribentium calculum, praesertim in consiliis cum solo calculo arithmetico; Quinimo eadem frequens quotidiana praxis docet minus tutam quod periculosa causam habere opinantes, majus scribentium momentum tam in numero quam in pondere habeant, qui enim magis de suis juribus distindunt, eo diligentius Juris Consultos ac Advocatos primi nominis adhibere student. Altera vero pars, quae de suis juribus magis fidei, hujusmodi graviores expensas negligit; Unde sapientissime practici in plerisque Tribunalibus, praesertim in Rota, ita illius Tribunalis summam integritatem, & charitatem experiendo, quod pro parte succumbente scribere consueverunt ferè omnes seniores ac alieque existimationis Advocati, quos vulgus primarios appellare solet; E converso autem pro parte vitricae scribere solum causa Patronus, vel junior Advocatus; Ideoque fabulae species esset afferere, quod didicitorum Advocatorum venalibus informationibus sub consiliorum vel controversiarum, aut discrepationum vocabulis publicae lucis, ut jacent proditis, ille in aliis causis firmare debeant eam veritatem, quam firmare non poterunt in eo praecilio, ac individuo casu, pro quo principaliter editae fuerunt.

Et haec quoad articulum seu materiam in genere, seu in abstracto; Quo vero ad praesentem casum in specie, sive in concreto, cum ex supra insinuatibus absolutum sit praemissa omnia, sive pro una, sive pro altera opinione, praesumptivè tantum procedere, atque in casu merè ambiguae voluntatis, secus autem ista expressa vel etiam conjecturali in contrarium urgente; Idcirco cum plura hinc inde in praedictis invicem pugnantibus votis seu motibus ponderarentur, vis responsi consistere videbatur in applicatione, seu in administratione, & conjecturam praeponderantia, pro una, vel altera testatoris voluntate.

Pro saluatione siquidem ad favorem majoris natu, satis urgebat ea circumstantia, quod testator abique immutatione heredis primum testamentum revocasset, ordinandum secundum casum diversa dispositione majoratus linea Guidonis communis concurrentium stipitis, quasi ita unam lineam tantum constituitur voluerit ab ipso Guidone metientiam; Et consequenter quod cessante concursu plurium li-

nearum, intrarent soli termini concursus plurium personarum ejusdem lineae, cuius prerogativa non urgente, altera prerogativa aetatis vincere debet; Atque hoc videbatur vehementer adimicilium, pro cuius corroboracione ponderabam ego, ea quae habentur firmata per Rotam in *Romana fideicommissi de Victoris coram Othob.* inter *fusus deos. 244. & 271.* Et coram *Trerolio* *dec. 285. part. 11. rec.* cum aliis, de quibus infra in *eodem casu disc. 23.* quod scilicet ita testator mutando, vel cancellando voluerit quid diversum disponere; Et quamvis in voto seu motibus pro juniore ponderaretur, quod dictum secundum testamentum ordinatum esset pro supplenda neglecta institutione avi, attamen ex facti circumstantiis, ista remanebat nimium levis, & frigida responsio.

His tamen non obstantibus, adhuc nepoti ex fratre primogenito contra patrum, juxta votum majoris partis judicium, veritatem mihi assistere videbatur, cum dicta mutatio testamenti aliam probabilem, ac substantialem haberet causam, quae tempore majoratus in priori testamento ordinata fuerat in sola linea, & descendencia Herculis junioris primi haereditis instituti, ideoque prudenter deinde cogitatus fuit casus, qui jam contigit, mortis dicti Herculis abique prole, unde propterea ad breve tempus dispositio evanescere poterat, atque bona effici libera adextraneos transmissibilia, & consequenter, quod dicta mutatio aliam probabilem haberet causam, dictum alium effectum non producit, ut advertitur in *eodem Romana fideicommissi de Victoris, d. disc. 23.* ubi concordantes, & sit resolutio capta pro majori parte mihi placuit, atque probabilis visa est, & ita mihi suppeditavit causam terminasse.

S U M M A R I U M.

- 1 In Majoratibus Italiae, an attendatur prerogativa lineae, vel potius illa aetatis.
- 2 De ordine attendendo in primogenitura.

ANNOT. AD DISC. I.

Agitur in his discursibus de quaestione, an in majoratibus Italiae attendi debeat prerogativa lineae, vel potius illa aetatis, de qua habetur etiam in *hoc eodem disc. 202.* Et insinuatur aliqua *sub tit. de Jurispatron. disc. 202. & 61.*

De pluribus autem concurrentibus ordinem attendendum in primogenitura, habetur pluries hoc eod. *tit. praesertim disc. 202.* in quo agitur de eodem casu, de quo supra *disc. 15. & disc. 205. cum seqq.*

Decisio prodita in casu, de quo *disc. 1.* habetur impressa apud Manz. *consul. 97.*

Aliae vero, quae enunciantur in *disc. 4.* prima nempe, & penultima habentur impressae *par. 14. recent. dec. 66. & 344.*

FLORENTINA MAJORATUS DE GUARDIS.

Responsum pro veritate.

De eadem materia discursus praecedentis, An scilicet in majoratibus Italiae attendatur solum aetas non curata linea, vel e contra, ita ut isti majoratus differant à primogenitura; Et concluditur pro linea.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Respondetur pro majori natu in linea primogenitura, quamvis juniore.
- 3 Clarus ubi constat, quod testator habuit pro synonymis, majoratum & primogenituram.
- 4 In primogenitura linea vincit aetatem.
- 5 De alio casu consimili controverso, in quo etiam respondetur favore lineae.
- 6 Si testator ordinavit majoratum inter descendentes, plurimum fratrum, vel sororum, an sit unicus majoratus, vel plures in qualibet linea discretive.
- 7 Quomodo ista quaestio decidi debet.

D I S C. II.

Paulus de Guardis, instituta haerede Mariae Franciscæ unica filia, in casu obitus istius abique filiis, ordinavit in quibusdam bonis fideicommissum particulare durabile per centum annos ad favorem primogeniti, & majoris natu filiorum, & descendentium Franciscæ de Guardis ejus

eius transverfalis, qui habuit duos filios, Paulum primogenitum, & Attilium secundogenitum, factoque casu dictæ substitutionis ad favorem dicti Pauli, isto adhuc vivente, cum unicum haberet filium natu minorem, Atque ex Attilio fratre duo superesset filii natu majores (incertum est ex qua parte, ) pro veritate consultus fui, Ad cuius favorem in responso autem desuper edito, constituta eadem theoria, de qua in *Mutinen. disc. praef.* relatiqve opinionibus invicem pugnantibus, de quibus ibidem; Concludebam, quod licet attento numero scribentium, ad favorem ejus, qui naturaliter primò natus est, respondendum videretur, & sic quod bona transmitti facere deberent ad filium natu majorem Attilii, spreto proprio filio Pauli possessoris, potissimum dum agebatur de dispositione transverfalis, ut advertunt praesertim Bellon. *Junior. cons. 111.* & Thesaur. *Junior. l. 1. qu. 35.* Adhuc tamen cum versarem in casu minus dubitabili, in quo agebatur de continuatione in linea, in quam bona jam ingressa erant, tam ex auctoritatibus, quam fortius ex rationibus ac absurdis eodem *disc. praeced.* consideratis, Respondi pro filio Pauli primogeniti possessoris quamvis natu minoris.

Fortius vero, & pro meo iudicio, abique principio dubitandi, ex eo quod unicum fundamentum, cui innititur opinio Alexandri *conf. 4. l. 4.* & sequacium super majoratu salvaturo, consistit in differentia, quam ipsi praesupponunt inter primogenituras ac majoratus Italiae, propterea tota quaestio esse lolet super voluntate testatoris, an istos terminos habuerit pro discretis, vel potius pro synonymis, ac idem significantibus; Haec autem quaestio in praesenti cessabat ob voluntatem expressè, ac in verbis declaratam habendistis terminos pro synonymis, cum ordinavit dispositionem per verba praecisa in lingua materna, ibi, *Si debba riconoscere la Casata de i Guardis ne figli del Signor Francesco il primogenito e maggiore di tempo, &c.* Et si observandum intrare vulgarem regulam, *text. in l. illo aurelle, ff. de legat. 3.* ut in claris, & expressis non intrent quaestiones & argumenta, dum ita constabat testatorem istos terminos habuisse pro synonymis, Unde propterea cessabat unicum fundamentum tenentium partes majoris natu per naturam non curata linea, cum per eodem admittatur propositio antiquitus satis controversa, hodie vero à foro omnino exulata, ut in primogenitura seu feudis individuis jure primogeniturae defendendis, primum locum occupet linea supra aetatem; Potissimum vero ubi agitur de continuatione in eadem linea, in quam bona ingressa sunt, cum aliqua dubitanti ratio, licet adhuc parum probabilis, eadum ubi agitur de concursu ad novam successionem per alterius lineae deficientiam apertam, ita ut non urgeat regula de linea *semel ingressa &c.* juxta ea, quae habentur infra in *Bonon. primogeniturae de Podii, disc. 15.* & latius occasione successione in feudis individuis juris francor. in *Panormitana sub tit. de feudis, disc. 13.* sed ubi urgeat dicta regula, ita ut agatur de continuatione bonorum in eadem linea, & in filios, ac descendentes possessoris morientis, tunc in primogenitura nulla cadit dubitatio.

Super eodem autem puncto pluries in diversis aliis consimilibus dispositionibus consultus fui, atque non urgentibus facti circumstantiis alias suadentibus, juxta casus, de quibus in *discursib. proximè sequentib.* semper eandem tenui sententiam pro prerogativa lineae supra aetatem, etiam ubi agebatur de nova successione, ita ut non urgeat regula de linea *semel admissa &c.* Praesertim vero in una *Firmiana ad petitionem Francisci Panzani;* Cui enim quidam Faustus in defectum propriae prolis jam sequitur, ac etiam descendendum Thadei fratris, ordinasset fideicommissum ad favorem majoris natu filiorum, & successivè descendendum Selvaggie & Juliae sororum, atque factus esset casus ad favorem Thomae utraque qualitate habentis, quod scilicet esset natu major, ac filius Selvaggie sororis primogenitae; Consultus fui ex parte Francisci filii Juliae alterius sororis, An contingente casu mortis dicti Thomae, superstitibus filiis, istis live eorum primò quamvis juniori, vel potius Francisci naturaliter natu majori iste majoratus debitus esset, & pariter, respondi contra requirementem; sed quia agebatur de exiguo aere, aliaque circumstantiae postulabant, ut litium occasio inter has partes tolleretur, idcirco in forma discursiva insinuavi omnes auctoritates, ac fundamenta, quae super saluatione habentur *d. disc. praeced.* ad ostendendum ista articulum esse dubium, ac propterea honeste concordiae temperamento dignum, ut credo sequutum esse.

Potissimum quia alia quoque adertat disputandi occasio, *Card. de Luca, Lib. X.*

quod cum testator indefinitè ordinasset dictum fideicommissum ad favorem majoris natu inter descendentes ex dictis fororibus, quae erant duae; An scilicet ista dispositio intelligenda esset discretivè, ut scilicet utraque descendencia vocata esset eam restrictiva ad favorem majoris natu intertertilis de qualibet, & sic quod essent duo majoratus, vel potius esset unicuique, & individuas inter omnes juxta quaestione disputatam post antiquiores ab eis relatos apud *Surdum conf. 369.* & per Rotam in *pluribus decisionibus editis in Bonon. de Capacellis coram Pamphilio impressi.* apud *Giovagn. conf. 62. l. 1. a num. 33. ad 43.* & quarum prima est etiam *dec. 566. part. 1. rec.* Licet enim in dictis decisionibus praecipuum fundamentum constitueretur pro majoratus unitate in contemplatione agnationis deducta ex praeccepto assumendi cognomen & arma, quae circumstantia, totiusque contextus testamenti clarè comprobare videbatur, non de duplici discretivo majoratu, sed de unico inter omnes testatorem sentisse, Attenta potissimum exiguitate assis, & qualitate onerum majori natu in iuncturam, quod si bona dividenda essent inter duos, quorum quilibet supportaret onera, quae per testatorem in iuncta fuerunt, successio ad nihilum ferè reduceretur, atque onera superarent emolumentum, Unde cum hujusmodi quaestiones sint voluntatis, & facti potius quam juris, idcirco ex ipsius facti particularibus circumstantiis verisimilem disponentis voluntatem suadentibus decidi debent, non autem quid in abstracto, sive in diversis casibus, diversas circumstantias habentibus, scribentes dicant, praesertim vero Consulentibus juxta ponderationes contentas *ead. disc. praeced.* in hac universa fideicommissaria materia perpetuo attendendas ac principaliter praec oculis habendas.

JANUEN. DISTRIBUTIONIS INTER

JOANNEM BENEDICTUM DE FRANCHIS, AUGUSTINUM MONEGLIAM, FRANCISCUM MARIAM FRATRES DE ORIA.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, An scilicet vocato majori natu, attendatur prerogativa lineae, vel illa aetatis, ubi non agitur de successione in bonis ad commodum majoris natu, sed de distributione, seu administratione ad favorem aliorum; Et concluditur pro aetate.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti series.
- 2 Resolutio dubii pro aetate, & derivatione.
- 3 De casibus, in quibus attendatur major aetatis pro naturam.
- 4 Frater major retinet scripturas, & claves, ac similes habent prerogativas.
- 5 Eleemosyna sunt distribuenda per seniores.
- 6 An in istis majoratibus administratores, potius, quam successores suffragentur proximis ultimo morientis, vel qualitas linea admittit.
- 7 De materia attendendi proximitatem gravantis, vel gravatimessivo.
- 8 Observantia in uno casu, vel genere personarum, non influit in alterum diversum.

D I S C. III.

Rancaleo Lercarius, juxta laudabilem Civitatis Januensis morem, instituit quendam montem super certis bonis, quorum fructus inter ejus filios & descendentes, juxta majorem vel minorem indigentiam, ac respective prelationem lineae masculinae magis quam feminae, singulis annui distribui debent, demandata distributione, seu dispensatione duobus natu majoribus inter eodem filios & descendentes; Neglectis autem aliis filiis, qui ex dicto testatore superstitibus fuerunt, utpote mortuis abique prole, Duo tantum in consideratione habebantur, Nicolaus scilicet primogenitus mortuus abique prole masculina, ac Simeon secundogenitus, cuius tantum filii, nepotes, & pronepotes, sive ultiores descendentes masculi, ob sexus, & familiae prerogativam hanc distributionem longo tempore fecerunt; Defecta vero demum hac linea

masculina in Jo: Baptista, & Thoma de Larcariis ultimis possessoribus, hinc orti est quæstio inter Franciscum Mariam, & Camillum Mariam fratres de Oria per triplex medium femininum descendentes à Joanne Baptista Larcario dicitur Simeonis nepote, qui tamen erat ætate juniores, ac Joannem Benedictum de Francis, & Augustinum Monegliam per quinque vel sex media, descendentes à Peretta unica filia femina dicitur Nicolai, qui erant ætate majores, Quibus scilicet hæc prærogativa faciendi hujusmodi distributionem competere, atque desuper, incertum est ex qua parte pro veritate conatus.

Deductis cum consueto allegationum apparatu, ad quem vulgus principaliter respicere solet, iis que pro utraque sententia habentur supra *in Mutinen. disc. 2.* super questione inter prærogativam lineæ ac illam ætatis; In isto casu pro ætate potius mihi probabilis visum est responderi debere, ignorant tamen est, qualis fuerit controversiæ eventus.

Quamvis successio in bonis, cumque fructuione ad proprium commodum, & utilitatem, omnino verior videatur opinio assilens lineæ potius quam ætatis; In hac tamen facti specie contrarium verius videbatur, eo quia non agebatur de majoratu successorio, seu de majoratu administratorio, ita ordinato ratione majoris prudentiæ, que in personis majoris ætatis per veritatem frequentius existit, quam in habentibus prærogativam majoratus per fictionem legis dispensationem fructuum, *Surd. conf. 455. per tot. Et de administratione fendi dividui. Honded. conf. 60. lib. 2. Malval. conf. 22. Grat. disc. 695.* Ac in terminis juris patronatus vel similibus iuris intellectibus, *Grat. disc. 645. & 834. Lotter. lib. 2. q. 11. nu. 92.* & alii de quibus *d. disc. 1.* Tunc enim commodum est æquale omnium de linea seu genere vocato, inter quos, tanquam unum corpus, seu unam universitatem constituentes, seniores seu magis antiqui prærogativam majoris ætatis vel ætatis prærogativam à natura vel à communi consuetudine habere videntur circa exercitium illorum iurium, que facti sunt pluribus communia, omnibusque in solidum competentia, sed actu oportet vel congruit per unum tantum explicari, juxta ea que frequenter habentur *in tit. de præmissis.* super iuribus & præminentibus competentibus Capitulo, explicandis per primam Dignitatem vel antiquiorem Canoniam, cum similibus.

Hinc habemus, quod pluribus fratribus vel aliis in communione viventibus, exercitium actuum individuorum ab uno tantum explicandum, de jure competit fratri majori, puta retento claviium ferri scripturarum, custodia Castri, & similia, ex deductis per Franc. Marc. *dec. 839. p. 1. Cavalcan. dec. 25. n. 17. p. 2.* Amendol. ad Franc. *dec. 386. Fontanel. de pact. cl. 4. glo. 59. p. 2. m. 66. Michal. de frat. p. 3. c. 37. n. 3. cum seqq.* Et in specie quodam distribuendis elemosinis, vel ab aliis subventionibus, seniores sine præferenti junioribus, *Tiraq. de primog. in præf. n. 147.*

Et quamvis prærogativa de Oria dicitur peculiares concurrerent circumstantiæ, ob quas, non obstante minori ætate, juxta regulas primogenitorum ac majoratum, alios vincere deberent. Primo scilicet, quod essent de linea Simeonis, in qua istud jus semper refedit, nunquam verò in altera linea Nicolai filii aliorum concurrentium, unde intrat regula de linea admittant exclusionem lineæ non admittit; Et secundo quod essent proximiores Thomæ, & Joanni Baptiste ultimo defunctis, à quibus Joannes Benedictus, & Augustinus erant remotissimi per 14. vel 15. gradus civiles, quamvis quoad testatorem essent æquales, ex hodie receptissima propositione regulandi proximitatem à persona gravati magis quam gravantis.

Attamen ultra limitationem que dicitur regule tradi solet, & de qua apud Merlin. *dec. 520. nu. 111. cum seq. alias decif. 519. par. 5. rec.* de attendenda magis proximitate gravantis, quando fit novus transitus de uno genere personarum ad alterum, five de uno ad alterum substitutionem gradum, super quo motivo parum insistebat ob plures declarationes, quas dicta limitatio patitur, ut pluries infra occasione agendi de hac materia proximitatis magis gravati quam gravantis vel e contra, præsertim in Romana fideicommiss. de Vicentibus *disc. 23.* Ponderabam utramque considerationem cessare ex eodem principio, quod non ageretur de successione uni potius in alterius exclusionem deferenda, sed ageretur solum de administratione juris competentis omnibus constituentibus unum corpus individuum, seu quandam speciem Collegii absque distinctione linearum vel gradum, ut in proposito excludendi terminos recit-

proælinearis, ac difficultates in ea cadentes super successione ad portionem unius lineæ defectæ in iuribus vel bonis, de ipsorum natura, vel ex testatoris voluntate individuis, ponderatur infra in Romana palatii de Capranica *disc. 106.* & consertur que habentur in *Mutinen. feudarum de Rangonis sub tit. de feudis, disc. 8.*

Et quoad contrariam obsecrationem, quod scilicet hoc jus refederit in linea Simeonis, & non in altera Nicolai, facili videbatur responso, quod id proveniebat à prælatione lineæ masculinæ per testatorem prius vocatæ ac prædictæ ob decorem agnationis & familia, sed cessante illa circumstantia, cum concursus esset inter omnes æque cognatos, ac de diverso genere, intrabat nunc ex integro quidam novus ordo in diverso genere habente in omnibus jus coæquale in distributione passiva, à qua jus actiyum tanquam ut supra inter plures unum corpus, seu unum collegium constituentes regulari debere credebatur, Et consequenter observantia in uno casu quandam peculiarem rationem habente non inquit in alterum diversum, ac habentem diversam rationem.

PASAUREN. MAJORATUS  
P R O  
COMITE HIPPOLYTO  
C U M

MARCHIONE FRANCISCO MARIA  
DE SANCTINELLIS.

Casus decifus per Rotam pro Comite Hippolyto.

De eadem materia, An scilicet in Majoratu attendi debeat prærogativa ætatis vel illa lineæ, & concluditur pro prærogativa ætatis.

Erecto principaliter Majoratu super aliquo castro vel alia re conspicua, ac in aliis præditis & bonis accessoriis seu consecutivis annexis, si casus prebeat, ut castrum præter voluntatem testatoris alteri deferatur, An remaneat majoratus in aliis bonis.

S U M M A R I U M.

- 1 Facti seriet.
- 2 Resolutiones casus.
- 3 De opinione Alexan. & sequacium, ut in majoratibus Italia attendatur solum prærogativa ætatis.
- 4 Admittitur hæc opinio ex voluntate testatoris.
- 5 De conjecturis, & circumstantiis, ex quibus dicta voluntas resultat.
- 6 An, ubi agitur de Castro, & bonis jurisdictionalibus major ætatis attendi debeat.
- 7 Consideratur, an dispositio concepta sit lingua latina, vel vulgari.
- 8 Attenditur item, an testator consideraverit necne distinctionem linearum.
- 9 Ubi majoratus principaliter institutus est super aliquare conspicua, & accessoriis super aliis bonis, an dicta re cessante cesset dispositio in aliis.

D I S C. IV.

Comes Petrus Antonius de Sanctinellis dominus Castri Metule, plures habens filios, diversis dispositionibus, ac perpetuo successivo ac reciproco fideicommissio inter eos ordinatis, in specie dispositus, ut semper & perpetuo castrum prædictum esse deberet filii vel descendenti masculi ætate majoris, qui ejus Gubernator ac dominus in vita esse deberet, quodque ille qui esset Comes & dominus Castri, haberet pariter in vita dominium ac fructum quorundam aliorum prædiorum intra eisdem castri limitibus, & alibi respective existentium; Quosdam autem plures ex dictis filiis abique prole, atque durantiis tantum lineis Palmerini, & Francis Mariæ qui prolem haberunt, Castrum prædictum una cum aliis bonis ut supra obvenit in Alexandrum dicitur Francis Mariæ filium natum majorem, quo defuncto, superest Francis Mariæ juniore filio, iste curavit obtinere à Duce Urbini novam investituram de dicto Castro tanquam ex delicto dicti Alexandri vel alterius majoris devoluti; Oraq; controversia inter eundem Franciscum Mariam, & Hippolytum dicitur Palmerini ex Antonio filio nepotem ætate majorem; Et intro-

ducta causa in Rota coram Emerix, quamvis controversia æque percuteret castrum, ac alia bona, cum omnia eaderent sub eadem inspectione; Attamen Castrum actum non fuit, cum Francis Mariæ possessor castrum evocare Cameram ad ejus defensionem ratione dictæ novæ investituræ, cujus cognitio ad ipsum Tribunal Camere spectare debebat, ideoque disputatio restricta fuit ad dicta alia prædicia & bona, super quibus assumpta disputatio super mantentione, ac dilata resolutione, dum frequenter prædicta rescripto, ut videtur de bono iure, super hoc sub die 21. Maii 1663, prodiit resolutio Hippolyto natu majori favorabilis, ad cuius normam expedita sententia, & commissa causa appellations in eadem Rota coram Taya, sub diebus 27. Junii 1664. & 16. Januarii 1665, pro dicta sententia confirmata in eodem Tribunali coram Bourlemont, in tertia instantiâ in eodem Tribunali coram Bourlemont, prævis duabus decisionibus 26. Junii 1665. & 28. Junii 1666. unde causa finem habuit.

In his autem dispositionibus, seu in eorum primis, (cum in aliis, postea jam causa in bono status, litigantibus, quibus est commiserandum, soleant majores Advocatorum expensas effugere) Dux fuerunt inspectiones, Una generalis conveniens, tam Castro, quam aliis bonis, totique majoratus, An scilicet in eo attendenda esset, vel prærogativa ætatis; In quam bona jam ingressa erant, vel prærogativa ætatis; Et altera, posito quod Castrum exisset ab omni dispositione testatoris ob præteritam devolutionem, unde possideretur per Franciscum Mariam tanquam tertium, An cessaret dictus majoratus etiam in aliis bonis potest accessorie ad ipsum Castrum sub dicto majoratu positus, ita ut dispositio evanuerit, ut ex parte dicti Francis Mariæ possessoris Castri pretebatur.

Quoad primam, quamvis Rota in dictis decisionibus simpliciter processisse videatur cum auctoritate Alexandri *conf. 4. lib. 4.* qui antequam videretur opinionis ut in Majoratibus Italia differrentibus à primogeniis, ac Majoratibus Hispaniæ attendatur sola prærogativa ætatis, non curata illa lineæ, in quam præsertim bona ingressa essent, & consequenter quod locus esset favorabilior de seniore in seniore, Attamen cum non ageretur de simplici administratione ad omnium utilitatem, ita ut majoratus restringeretur ad solam præminentiam, five jus intellectuale tantum, sed ageretur de formali successione deferenda uni privative ad alios; Mihi tamen quomvis scribenti pro d. Hippolyto natu majori obtinente, atque more Advocati dictam Alexandri, & sequacium opinionem tuenti, talis opinio ita simpliciter ac indefinitè sumpta non placebat ex fundamentis & rationibus, de quibus supra in *Mutinen. disc. 1.*

Adhuc tamen ex particularibus facti circumstantiis, reflectendo etiam ad solam veritatem, iuste beneque fundate visæ fuerunt dicte resolutiones ratione voluntatis testatoris, que videbatur clara, & qua concurrente, cessant omnes questiones & ambiguitates, procedentes solum ubi illa est dubia & incerta, dum enim ista non est questio juris vel potestatis, sed facti facti & voluntatis, ista torum facit, ut advertitur in eadem Mutinen. etiam in casu simplicis majoratus improprii, ac administratorii magis quam successorii.

Plura verò hujusmodi voluntatem suadere videbantur, quod scilicet testator non habuerit in animo distinguendi lineas ab ipsis filiis discretive constitutendas, sed consideraverit omnes descendentes tanquam unum corpus seu unum collegium constitutum ex unica linea ipsius testatoris, ac propterea tanquam in concursu aequali primatum obtineret ille, cui pro tempore præbebat natura majoratum, & de per se administracula, ubi etiam singulariter, & de per se considerata, suas habere posset responsiones ac pati difficultates, attamen infirmum unita cum consueta regula, ut singula que non præsumunt, &c. bene concludere videbantur.

Primo enim concurrere qualitas bonorum, quod scilicet ageretur de castro jurisdictionali exigente administratione iustitæ ac regimen vassallorum, unde intrat ratio prudentiæ, ob quam ætatipotius quam lineæ deferendum est, ut in specie firmat Berous *conf. 71. lib. 1.* Honded. *conf. 70. l. 2. Malval. conf. 22. Grat. disc. 695.* in quibus, præsertim in prima decisione cor. Emerix fundamentum constituitur; Et quamvis istud administraculum de per se ac abstractè consideratum pro meo iudicio nullius, vel levissimi ponderis videatur, Quoniam etiam in Regnis vel feudis Dignitatis iure Regni reglandis, ac etiam in majoratibus Hispaniæ longe major concurrat administratio, & tamen hodie extra questionem est, deferendum esse lineæ; Ac

etiam quia Honded. *Grat. & cærridib. supra* loquuntur de feudo dividuo, cujus dominium ac utilitas sit penes omnes descendentes vel agnatos, commissio solum majori natu exercitio administrationis nomine omnium; juxta illum improprium majoratum; de quo infra in *Urbevetana disc. 6.* & sic dicte auctoritates verè erant extraneæ à casu; Attamen in hac facti specie, stante qualitate Castri ac regionis, videbatur quod id præstare aliquid amministraculum, de per se non operativum, sed bene cum aliis unum.

Secundo in idem, quia testator expressè dixit majorem natu esse debere Castri Gubernatorem, & sic respexit principaliter ad gubernium, & administrationem ratione prudentiæ regulariter presupponende in seniore; Tertio quia expressit tempus vitæ, qui non est congruus, & consuetus loquendi modus in fideicommissis & primogeniis; Quarto quia in casu quo ætate major non esset mentis compos, seu aliis habilis ad gubernium, vocat alium proximorem habilem, cum obligatione suppediandi certum quid majori natu inhabili, unde respexit principaliter ad intellectum; Quinto fortiter, & tanquam per speciem clara probationis, juxta regulam text. *in l. alle au ille ff. de legat. tertio*, quod testator non vocavit majorem natu simplici, unde propterea caderet dubitatio, ad hunc terminum pro synonymo habuerit cum illo primogeniti, fed prospexit ad tempus, seu ad ætatem naturalem, ibi, *Quello di più tempo*; Ponderando satis referre, quod testator loquutus fuit Italico, seu materno idiomate, non autem latino, facilius recipiente diversas significaciones, ut de hac consideratione, an in lingua latina, vel vulgari dispositio concepta sit, pro vocabulorum significatione, seu interpretatione habetur apud Rotam *dec. 216. n. 3. par. 2. rec.* occasione disputandi, an verbum *prebipri*, seu verbum *sacerdotis* convenire possit nec clericis in minoribus, ut beneficium sit vel non sit sacerdotale.

Et sexto demum magnum fundamentum pro meo iudicio constituebam in ipsa massa, seu contextu totius testamenti principaliter attendendo (juxta gentium, ac stylum) magis substantiam voluntatis, quam formalitatem verborum; Quod scilicet prudens testator inter omnes filios quandam divisionem fecit æqualem fecit aliorum bonorum, ita considerando, fed distribuendo lineas per singulos constitutendas cum ordinatione fideicommissi reciproci, & descendentis in quilibet linea discretive; Postmodum verò in ipso castro cum annexis ita dispositum cum universa descendencia, ita absque distinctione linearum considerata tantquam unum corpus, seu unum collegium, cujus senior ex prærogativa antimitatis tanquam species Decani hanc majoritatem præminentiam cum utilitate haberet; Et sic non agebatur de majoratu in univer'a hereditate, sed de re particulari, eo modo, quo e.g. in Capitulo, vel Collegio prima Dignitas, seu Decanus habet partem duplicem, seu privilegiam præbendam.

Quo verò ad alteram partem, seu inspectionem, circa quam in subsequendis disputacionibus major fuit questio, An scilicet stante quod castrum jure novæ investituræ, in aliam lineam sub diverso successione ordine ingressum erat, illud reliqua bona sequi deberent, non curata dicta dispositione, ex natura accessorii, ut sequi debeant illam sui principalis, vel ex regula *c. cum cessante, de regul. jur. in 6.* in quibus ac similibus generalitatibus insistebatur; Verum reflectendo etiam ad solam veritatem, iustæ visæ fuerunt resolutiones, nedum ex generalitatibus, que ex hac parte deducebantur, ac in decisionibus habentur, præsertim super limitatione dictæ regule text. *in c. cum cessante*, ut non procedat, quando effectus jam est consummatus, ac in esse productus cum similibus; Sed principaliter ex eo quod spectare oportet substantiam veritatis voluntatis testatoris, attento eo tempore ac statu, quo ita constitutum in pluribus bonis, non per hoc quod casualiter aliqua ex eis insperato cessent, debet in totum dispositio cessare, sed illa sustineri debet in ea parte, in qua sustineri potest, juxta ea que in proposito deficientis aliquis portionis, vel partis bonorum latius ponderantur infra in *Firmana primogenitura, disc. 33. & in aliis*; Cum enim per hujusmodi novam investituram à successore affectam, testatori injuria potius illata videatur, ita esset ex delicto reportare premium, atque obtinere bona contra expressum ac directum defuncti iudicium; Et clarior quia dictus diversus titulus non videbatur de jure substantialis, quamvis de hoc actum non fuerit, sed alteri inspectioni id reservatum; Si enim vera esset regula accessorii sequi debentis naturam principalis, resultaret quod si Castrum devolutum

esse ad Dominum directam, qui pro se retinisset, vel alteri extraneo concessisset, ita dicta alia bona ad Dominum, vel altum concessionarium spectare debent, contra directam voluntatem testatoris, nisi constaret de illius animo facienti formalem unionem istorum bonorum secundo eaque efficiendi feudalia, & membra feudi, juxta deducta per Rovit. conf. 101. lib. 2. & plures in sua materia sub tit. de feud.

MUTINEN. MAJORATUS DE SEGHITIIS INTER ANTONIUM MARIAM, ET HERCULEM DE SEGHITIIS.

Responsum ad causam.

De eadem materia, An in majoratu Italiae attendi debeat prerogativa lineae, vel illa aetatis, & concluditur pro aetate.

SUMMARIUM.

- 1. Facti series.
2. De opinione Alexandri, & sequacium super majoratu salutaris inspecta aetate.
3. Data etiam dicta salutaris, adhuc attendenda videtur quaedam generata distinctio linearum.
4. Vocato propinquo, an in casu majoratus, gradus vincat aetatem.
5. Ubi constat de voluntate testatoris non curantur absurda, & an voluntas sit rationabilis necne.
6. Quomodo iudices debeant se gerere circa defunctorum voluntates, & dispositiones.
7. Quando terminus dicatur equivocus, vel univocus ad denotandum maiorem aetatem.
8. Attenditur, an latino, vel vulgari sermone dispositio concepta sit.
9. De alia circumstantia, ob quam censetur vocatus aetate major per naturam.
10. Quomodo istae quaestiones majoratus decideri debeant.
11. Finitis controversiis.

DISC. V.

Laminus de Seghitiis, instituit ad vitam duabus filiabus, post earum mortem ejus hereditatem deserti voluit in primogenitum, istoque non extante in natu majorem inter ipsarum filios masculos, & sic successivè de seniore in seniore, cum onere assumendi cognomen, & insignia; Ipsarumque filiarum linea masculina defecta, vocavit quatuor ex Camillo germano fratre praefuncto nepotes cum perpetuo successivo, & reciproco fideicommissio generali inter ipsos, eorumque filios, & descendentes masculos, nullo praescripto ordine primogeniurae, vel majoratus; Istis autem lineis quoque defectis, vocavit seniore propinquum ipsius testatoris, de ejus casata, & familia de Seghitiis, & successivè de seniore in seniore in perpetuum, donec dicta familia durabit; Defectis ergo omnibus dictis lineis filiarum, ac nepotum, successio delata est prius Paulo, deinde Fortuniano fratri agnatis testatori sexto circiter gradu conjunctis, & deinde in Paulum juniori fratri praefunctorum Pauli, & Fortuniani ex Hercule fratre praefuncto nepotem, quo Paulo defuncto, superstiti Hercule filio in minori aetate constituto, praetentionem excitavit Antonius Maria de eadem familia, sed de diversa linea, quamvis ab eodem stipite descendens testatori undecimo, & Paulo ultimo defuncto decimotertio gradu civili conjunctus. Et introducitur desuper lite in Consilio, vel alio Tribunali Mutinae, ex parte dicti Antonii Mariae actoris, ac aetate majoris requisitus fuit ad scribendum more Advocati ad causae opportunitatem.

Quare constituta eadem theoria de qua in alia Mutinen. disc. 1. morte scribentis ad causae opportunitatem plena manu colligebam auctoritates foventes opinionem plenam Alexandri conf. 4. lib. 4. super majoratum Italiae salutaris, eorumque differentia ab ejusdem Italiae primogeniurae, eorumque Hispaniae majoribus, quamvis tunc edite non fuissent decisiones in Pisaren. Majoratus, de quibus disc. praeced. quo nimum profuerunt; Reflectendo tamen ad veritatem pro prerogativa lineae, nimirum apud me urgebat consideratio, quod ipse testator esset de eadem linea, seu colonello, de quo erant Paulus defunctus, & Hercules ejus filius, dictus vero Antonius Maria defendebat quidem ab eodem stipite, nempe à Geminiano patre Caesaris, & Marfilii, quo-

rum primus constituere lineam dicti Antonii Mariae, alter vero tam lineam testatoris, quam illam Herculis rei conventi, sed erat nimirum remota separatio, cum dictus Flaminius testator esse pronopos dicti Marfilii, & consequenter abnepos Geminiani communis stipitis, unde videbatur, quod ubi etiam testator ordinare voluisset illum majoratum salutarium, quem dicitur Italiae, differenter à primogeniis, atque pro senioribus de facto, & per naturam, ut probabilius videbatur ex infra ponderandis, adhuc tamen intellexit intra genus personarum propriae lineae, seu colonelli, juxta ea quae habentur in celebri conf. Socci. inter illa Curtii conf. 40. cum concord. per Peregr. conf. 47. lib. 2. Altogr. conf. 79. n. 56. & seqq. conf. 46. n. 22. & seq. & conf. 95. n. 81. & seq. & n. 114. & seqq. l. 2. ut sc. etiam in testatore, in quo non verificetur linea effectiva, sed tantum contentiva, adhuc denur distinctio inter contentivam proximam, & remotam, sive propriam, & alienam colonnellum, de qua distinctio ne pluries in aliis infra hoc eodem tit. Atque hoc mihi maximum inferbat difficultatem, unde propterea actori requisiti consulti, quid curaret eo meliori modo quo posset, se concordare, ut mihi supponitur sequutum esse, & sic quod flarent bene simul, ut atgeretur de majoratu improprio, seu salutaris pro naturaliter natu majore, spectata sola prerogativa aetatis, non autem lineae, sed intra istud genus, seu istam lineam abque mixtura lineae, seu generis diversis.

Potissimè quia testator vocavit aliquem seniore sibi propinquum; Licet enim super hoc responderem, quod cum testator circa propinquitatem adhibuisset terminum positivum non autem propinquitatem, vocando se propinquum, non autem propinquitatem, ita non intrabat inspectio majoris proximitatis, sed solum qualitas propinquitatis, quod sc. esset de illo ordine, seu familia, seu cognominem aliorum, qui essent de eadem familia, seu cognominem, abque aliqua pertinentia, seu certa dependentia ab eodem stipite, ut de facto in eadem Civitate adesse susponebatur. At tamen id magnum argumentum videbatur, quod testator intellexerit de suis conjunctis, id est de proprio colonello, seu propria linea, non autem de alia predicta, quae licet ab eodem antiquo stipite, constituta ab nimirum remotionem affecta, erat quodammodo extranea.

Secundò vero ista difficultate, Quatenus pertinet ad punctum majoris natu, an se venire ille, qui est talis per naturam cum sola prerogativa aetatis, vel potius qui est talis, quamvis junior ex fideione legis ob prerogativam lineae. Quamvis ubi praesertim agitur de linea jam admitta, atque de denudando filium, vel fratrem mortentis bonis jam possessis, pro istorum transitu ad remotissimum universalem de linea omnino diversa, ut erat in casu praesentis controversiae, videretur nimis asperum, & absurdum, ut in dicta alia Mutinen. At tamen mihi videbatur concludi debuisse pro aetate habente prerogativam aetatis ob voluntatem testatoris, qua concurrente sicut non intrant verisimilitudines, praesumptiones, & argumenta juxta vulgarem regulam text. in l. ille au ille §. cum in verbis, ff. de legatis 3. Ita neque curantur absurda, & inconvenientia, quoniam attendendum non est, quid testator facere debuerit, sed quid facere voluerit, sive non quare, sed quid fecerit, ut ceteris relatis advertitur apud Cyriac. contr. 181. nu. 36. cum seq. & per Rotam in Bonon. fideicommissi de Amoris 26. Junii 1658. & 30. Maji 1656. cor. Melio impress. post collationes Bondeni decis. 52. & 66. & de qua causa habentur infra decis. 30.

Dicebat enim magister meus ex traditione majorum, quod iudices non faciunt testamenta, sed illa exequuntur, quando sunt clara, non curato an rationabiliter, vel iustitiam ordinata sint, interpretantur vero, quando sunt dubia, istoque casu pro congrua interpretatione intrant generales propositiones in foro volitari solite super evitandis absurdis, ac attendendo id, quod si testator resurgeret, & interrogaretur, verisimiliter responderet, ita in sensu allegorico conceptam tanquam prudentem illam fabulam, qua in sensu literali adeo imprudens reputari solet de illo iudice, qui disputantibus paribus coram eo de ambigua defuncti voluntate, jussit evocari defunctum, illumque interrogari, ut advertit Thef. jun. l. 1. q. 17. n. 7. & saepius repetit doctus modernus Cyriac.

Duae siquidem demonstrationes hujusmodi voluntatem clarè probare videbantur. Primo nempe, quia ut etiam habentur in Pisaur. disc. praec. quoniam clarius, testator non adhibuerat simplicem terminum maioris natu, in latino sermone, unde cadere posset probabilis difficultas, An hunc termi-

terminum habuerit pro synonymo cum illo primogeniti, vel etiam in idiomate Italico adhibuisset terminum Majorasco, qui etiam aequivoce dici potest ob rationem consideratam d. disc. 1. stante quod se longa dominatione Hispanicae Monarchiae in notabili parte Italiae, magna vocabulorum mixtura induta videtur, ac probabilis dubitatio intrat, an testator intellexerit de Majorasco, juxta usum Hispaniae; Haec autem dubitatio in praesenti cadere non poterat, dum Italico idiomate vocaretur seniore cum verbis nimirum juxta communem loquendi usum convenientibus illi, qui naturaliter esset aetate major, hoc est in pio vecchio, dictaque consideratio, an dispositio concepta sit latino, vel vulgari sermone, habetur ad aliud propositum apud Rot. dec. 216. mem. 3. part. 2. recent. & frequenter etiam infra in hac materia fideicommissaria, praesertim in proposito quaestiois, an masculinum concipiat femininum, cum similibus.

Et secundo fortius ob dictas alias praecedentes diversas dispositiones, dum agendo de primis inter filios masculos filiarum, vocavit earum primogenitum, quatenus de tempore facti casus superviveret, fin minus majorem natu inter eos, & successivè de seniore in seniore; Et si habuit pro diversis, seu discretis primogenitum, & majorem natu, dum supposita successione istius, mandavit continuationem de seniore in seniore; In altera vero dispositione ad favorem nepotum ex fratre, non curavit primogenituram, nec majoratum, sed cum fideicommissio simplicis, ac universalis vocavit omnes; Demum vero extinctis etiam istis quatuor lineis, quod verisimiliter cogitavit, vel nunquam, vel non nisi ad remotissimum tempus, atque post secula eventurum esse vocavit seniore de casata, seu familia in genere, non cogitando ad pluralitatem, vel distinctionem linearum, neque cadente ratione majoris affectionis potius egra unam, quam alteram lineam, dum incertum omnino erat, quinam superstitium essent; Et consequenter consideravit universam familiam tanquam unum genus, seu unum corpus, quodque tanquam in Collegio personarum, quae omnes pariformiter supponebantur remota, & extranea, haberet haec prerogativam senioradinstar Decani in Capitulis, & collegiis, quod supra in aliis ponderatum est; Atque cum istis considerationibus pro eodem est in hujusmodi quaestione decidendis, pro singulorum scilicet casuum particularibus, & individuis circumstantiis, non autem quod dicantur DD. in genere, & quae sit magis, vel minus communis cum calculis arithmeticis, & per classes, ut frequenter cum nausea fieri videmus; Unde propterea in penè identicis casibus sub eisdem articulis, & conclusionibus cadentibus, adeo diversimodè iudicare oportet, quod ignarum vulgus percipere non potest; Difficultatem tamen ut supra in praesenti casu faciebat dicta alia consideratio diversitatis familiarum, seu linearum, quodque testator de sua magis intellexerit, juxta ponderationem, quae etiam habetur infra in Rom. legati de Carafis disc. 52. atque ex hoc sentiebam difficultatem contra actorem, cui proinde consulti concordiam, per quam mihi supponitur controversiam habuisse finem.

Praeterea ad praecedentem discussum sequentes S. Rotae decisiones.

R. P. D. TAURUSIO postea S. R. E. Cardinali. FAVENTINA PRIMOGENITURAE super immisione. Luce 6. Junii 1695.

Praeterea Naldus, instituit in ejus ultimo elogio Ludovico filio, Fideicommissum, & Primogenituram particularem in certis bonis ibidem descriptis ordinavit primo loco favore lineae ejusdem Ludovici, qua deficiente vocavit seniore de linea Vincentii sui Avi; Extincta autem linea Ludovici per ejus obitum sine filijs, extantibus Michaelae, & Dionysio de linea Vincentii in pari gradu, adjudicata fuit successio dictae primogeniturae Michaeli uti aetate seniori, juxta decisionem editam 5. Junii 1673. coram clar. mem. Cardin. Vicecomite, tunc nostri ordinis Auditore, quae in hodierna audientia coram me in ejus locum subrogato confirmationis robur obtinuit, ut in alia decisione desuper vulgata.

Defuncto autem hoc temporis intervallo Michaelae supervivente dicto Dionysio colligitur, & bona possidente, eadem possessio post Dionysii obitum transivit in Comitem

Balassum ejus filium primogenitum, contra quem iudicium immisionis cor. A. C. instituerunt Albertus, & Antonius de Naldis praefati Michaelis ex Aenea fratre nepotes, quo iudicio remisso per signaturam ad Rot. coram me, deducit: An sit danda immissio Alberto, & Antonio de Naldis, & negativa prodit resolutio.

Fundamentum resolutionis fuit, quia cum de tempore mortis Michaelis sine filijs, ad quem juxta enarratas decisiones spectabat, donec viveret, ista primogenitura, extaret Dionysius senior, & proximior testatoris de linea dicti Vincentii, merito ad ipsum devoluta fuit successio uti habens qualitates à testatore praescriptas, Surd. conf. 455. n. 14. Altogr. jun. contr. 42. n. 22. & seqq. Mart. de succ. leg. al. par. 3. q. 8. art. 1. n. 8. & seqq. Rota dec. 86. n. 2. & seqq. p. 14. rec. & passim alibi.

Sublato autem è vivis Dionysio, justè eadem primogenitura transivit in Comitem Balassum ejus filium, nam testator expressè disposuit, quod post senioris successorem bona transire debent in ejusdem senioris filios, & descendentes cum ordine perpetuae primogeniturae, ibi: Vadino al pio vecchio della linea di Vincenzo, e così nelli suoi figlioli però primogeniti di primogenito in primogenito, fin che ve ne sarà di d. linea; unde cum d. Comes Balassus primogenituram possidens jure vocationis ad ejus favorem purificavit, merito denegata fuit immissio Alberto, & Antonio, qui hactenus non docent fuisse purificatam ipsorum substitutionem, nec immissio concedi potest contra iusto titolo possidentem, Bart. in l. 1. n. 3. verf. quae judicium ff. quorum bonorum, Rot. coram Cerro dec. 905. n. 1. & in rec. dec. 93. n. 2. p. 10.

Non obstat quod Albertus, & Antonius sint proximiores in gradu Michaeli ultimo gravato, cujus proximitas regulariter attendi debet, Rocca disc. jur. c. 194. n. 112. & seqq. Rota coram Sanctae mem. Alex. VIII. dec. 21. & dec. 35. per tot. cum aliis vulgatis.

Quia ex clara mente testatoris apparet, quod solum ibi succedens uti senior (qualis fuit Michael) relinquat filios, & descendentes, tunc isti debeant succedere inspecta proximitate gravati, & servato ordine primogeniturae, ubi verò dictus senior non relinquat descendentes, tunc succedere iterum debeat alter senior de linea Vincentii Avysupra omni alia qualitate, nec ullatenus jurata ultimi gravati proximitate, ut ex verbis testamenti, ibi: Quale mancando (id est linea Ludovici) vadino al pio vecchio della linea di Vincenzo suo Avo, e così nelli suoi figlioli di primogenito in primogenito, fin che ve ne sarà di detta linea, sc. Vincentii, unde cum Michael decesserit nullis relictiis liberis, & tunc extaret Dionysius senior de linea Vincentii, & testatoris proximior, utique isti debita fuit successio, non autem Alberto, & Antonio junioribus, atque testatore magis distantibus, licet Michaeli proximioribus, ad instar primogeniturae Salutaris, Caren. ref. 5. n. 4. 11. & 23. Altogr. jun. contr. 42. n. 11. & seqq. & n. 35. & seqq. Capyc. Galeota. 1. contr. 48. per tot. Torr. de primog. Ital. tom. 1. c. 6. nu. 19. Rodolph. alleg. n. 8. Card. de Luca de fideic. disc. 1. n. 4.

Et quidem sicut in extinctione lineae Ludovici filii, testator voluit attendi proximitatem ejusdem Ludovici, seu ultimi ab eo descendentes, sed absolute, & simpliciter vocavit seniore de linea Vincentii ipsius testatoris Avi, nulla ratione firmari valet, quod voluerit attendi proximitatem Michaelis, qui successit uti seniori transversalis de familia contentiva minus dilectus, ex deductis per Fusar. q. 484. numer. 28.

Et regulare est in primogenitura Salutaris de seniore in seniore, ut pullatenus attendatur proximitas, Cancor. var. resp. p. 3. c. 21. n. 394. Palma sen. conf. 46. n. 42. & seq. Palma nepos alleg. 91. n. 7. Mant. conf. 93. nu. 25. & seq. Torr. de primog. tom. 1. p. 60. n. 19. Rota in Favent. immisionis 17. Maji 1694. §. & ratio potissima, cor. R. P. D. meo Ursino.

Minus refragatur, quod illa verba: fin che ve ne sarà di detta linea, referri debeant ad lineam ipsius senioris jam admitti, & sic Michaelis, de cujus linea contentiva sunt Albertus, & Antonius Michaelis ex fratre nepotes descendentes ab Aenea seniori communi stipite, cujus proinde linea jam incepta consumi prius debeat.

Quoniam autem lectura, & sanus, & congruus intellectus haudet, ut dicta verba sint referenda ad lineam Vincentii, quam solum in principio orationis exprimit testator, & de cujus ingressu, progressu, & consumptione in hac parte agit, non quidem se restringendo ad vocationem unici senioris, atque extinctionem lineae ejusdem senioris, sed iterum vocando post defectam lineam primi senioris alium seniore de linea Vincentii, ita ut ista totaliter consumi debeat,

beat, ubi enim instituitur primogenitura Saluaria perpetua duratura cum vocacione senioris de certo genere, semper redeunte consimili casu, sc. defectu descendendum senioris admitti, dicitur vocatus alter senior de eodem genere, Dec. conf. 41. n. 24. & 66. Menoch. conf. 117. n. 14. & segg. Manf. conf. 205. n. 20. Torr. de primog. 10. 1. q. 6. n. 16. & pro veritate consultus super hoc fideicommissio, ita respondit Rodolph. alleg. 12. n. 16.

Atque illa testatoris intentio clarius effulget ex successiva vocacione senioris de linea Alexandri, certe enim ista linea admitti non potest, nisi post consumptam totaliter lineam Vincentii prius vocatam, siue attendamus notam juris dispositionem, §. si plures, Instit. de leg. agnat. succ. l. consanguinitatis, C. de legit. hered. Torr. de primog. rom. 1. c. 6. n. 4. siue testantis voluntatem, & tamen si dicta verba: *sin che ve ne sarà di detta linea*, restringantur ad lineam ipsius primi senioris admitti, & sic Michaelis, seu Eneae senioris potest fieri transitus ad lineam Alexandri, extante adhuc aliquo de linea Vincentii, ut sensui patet, ad quod absurdum vitandum, fatendum est, testatorem per relata verba sensu de linea Vincentii, Giovaon. conf. 79. n. 23. l. 1. Palma nepos alleg. 26. n. 24. & in Bonon. fideicommissi de Ghiselli 24. Jan. 8. *At sensus est*, in fin. coram Reverend. Turonen.

Et his corruit contrarium assumptum, quod sc. ista dispositio in solo ingressu primi senioris de linea Vincentii sit majoratus, considerans solum prerogativam aetatis, postea vero admisso primo seniore in progressu, sit mera, & pura primogenitura regulanda iuxta primogeniturae leges, per quas in successione attenditur proximitas ultimi gravati, referendo in specie Rodolph. d. alleg. 12. n. 6.

Quoniam testator duplicem consideravit casum, Primum quod senior habeat descendentes, & inter illos voluit referri solum, & propriam primogeniturae ordinem in succedendo, de quo casu agit Rodolph. d. alleg. 12. n. 6. Alterum vero, quod senior non habeat descendentes, vel isti tandem deficiant, & in hoc casu nullatenus disponit, quod procedat iuxta primogeniturarum leges, & omnis ratio suadet, quod voluerit, ut iterum succedat alter senior de linea Vincentii, inspecta sola aetatis prerogativa, & proximitate testatoris non minus, ac in primo seniore, ut indicant illa verba: *sin che ve ne sarà di detta linea*, id est Vincentii. Dum enim ordinem formalis primogeniturae praescripsit solum inter descendentes senioris admitti, & post ipsos voluit redire successione ad lineam ejusdem Vincentii, donec integre fuerit consumpta, fatendum venit, ut succedere debeat alter senior, inspecta linea Vincentii, & proximitate testatoris, ut concludit Rodolph. d. alleg. 12. n. 16. cum aliis supra cit.

Quod autem illa verba de primogenitura in primogenituram, sentiant relative ad solos descendentes senioris admitti, quamvis extant, patet admodum clare ex verborum contextu, ut nequeat in controversiam revocari.

Mullatenus adveniente, quod testator iterum non expresserit qualitatem majoris aetatis post admissionem primi senioris, & redeunte casu mortis ipsius senioris sine filiis, prout expressit in ipso primo, atque in ulteriori vocacione lineae Alexandri.

Quia satis expressum dicitur, dum in casu mortis possessoris sine filiis voluerit succedere seniore de linea Vincentii, id enim importat repetitionem similibus qualitatibus, quod si eumque denuo evenit similibus casibus obitus gravati sine filiis in primogenitura perpetua, ut concludunt allegati superius in §. Quoniam integra, etiam ne oriatur absurdum, quod testator plus dixerit, consideraverit ultimum descendentem de linea senioris transverfalis, quam ultimum de linea Ludovici ejus filii.

Quoad aliam immissionem petitam a Barbara, Alberto, & Antonio super bonis liberis Ludovici, seu fideicommissariis Francisci pro rata tituli hereditarii, DD. censuerunt non esse praesens inspectionis.

Et ita utraque &c.

R. P. D. MOLINES

Faventina Primogeniturae.

Mercurii 5. Decembris 1696.

A Dversis decisionem editam die 6. Junii anno proxime elapsi coram Eminenc. Card. Taurisio tunc nostri ordinis Auditore, & tunc Episcopo Ferrar. denegantem immissionem super bonis majoratus, de quo agit, Alberto & aliis de Naldis, Obtentis ab eisdem nova audientia in repositione causae factae die 12. Decembris ejusdem anni

in qua dictus Collega ad Cardinalatus apicem, evectus fuit, S. Rota rescriptis Dilata, qua de causa cum fuerint coram me in illius locum subrogato revocata ad trutinam vires decisionis; Domini reintegrato examine super hoc in solutio majoratus articulo diversimode a DD. agitato, secundum praecipua singularum casuum circumstantias, inhaerentes firmatis in d. decisione, alitque in comprobationem ab informantibus adductis, censuerunt persistendum esse in resolutis.

Recenta siquidem facti serie alias exposita cum hodierna disputatio ageretur ad terminos aperta fideicommissi per obitum q. Michaelis absque filiis, cui jam pridem ut seniori de linea Vincentii Avi testatoris fuerat per nostrum tribunale decreta immixtio. Lacet defensores dicti Alberti, & aliorum de Naldis pro suadendo recessu a decisis insisterent in diversis juris regulis, ac distinctionibus, iuxta subjectam materiam DD. auctoritatis roboratis; Praeterea tamen illarum indagine in abstracto Domini tot fuerunt in perstruenda testatoris mente, cui cum liberum sit in suis bonis quem velit ordinem successione praescribere, ad tex. in l. fin. C. de part. Bald. in l. cum antiquariis 19. n. 10. C. de jur. delib. Tiraq. de iure primog. q. 40. sub n. 104. Ideo illius voluntas est in primis attentè observanda, ut uno ore ipsimet DD. de hac materia dissentientes fatentur, per tex. in l. conditionibus ff. de cond. & demonstr. l. cum q. 22. C. de legat. cum concord. late congeitis per Molin. de primog. H. sp. l. 1. c. 4. n. 19. & per Ros. conf. 69. n. 30.

Verum quia de voluntate testatoris nequit haberi certus testimonium eo, quod emergit ex qualitate verborum, & conjecturis iuxta late tradita per Tirraqu. in l. si inquam in verbo liberis, ff. de revo. donat. n. 17. & Surd. conf. 238. n. 8. propterea Domini iterum attentius perlecto toto testamento, & praecipue in ea parte, ubi demandatur successio seniori per haec verba concepta, ibi: *Vadino al pin vecchio della linea del Colonnello Vincenzo suo Avo, e così ne suoi figliuoli per primogenito, di primogenito in primogenito, sin che ve ne sarà di d. linea*. Censuerunt hujusmodi dispositionem continere majoratum facti, seu Saluariatium de seniore in seniore universae lineae effectiva Vincentii generaliter a testatore contemplata, & primogenituram juris, seu regularem in filiis, & descendentiis senioris admitti, scilicet quod si senior admittit filios, illi debent succedere iuxta ordinem primogeniturae laicalis servata proximitate gravati, & prout succedat ab intellectu, casu vero quod dictus Senior admittit decedat absque prole, tunc admittendum est alter Senior inter transverfales de universa linea effectiva Vincentii, cum simili primogenitura regulari erga filios, & descendentes, iuxta omni proximitate gradus inter lineas subalternas collateralas, iuxta naturam majoratus mixti, quam in proposito explicat Torre de majorat. seu primog. Ital. p. 1. c. 6. §. 2. & pro veritate in hac causa consultus respondit Rodolph. alleg. 12. n. 6. usque ad fin. & egregie firmatur in decisione, qua revideatur §. Quis coram D. Eminenciss. Card. Taurisio.

Quamobrem cum Michael primus senior admittit obsequit absque filiis, & tunc temporis viveret adhuc Dionysius aetate major, utique ipsi tanquam Seniori de universa linea Vincentii delata fuit successio controversi majoratus, non autem Alberro, & Antonio, ut Junioribus, licet proximioribus d. Michaeli ad instar majoratus facti, seu saluariatii, in quo dumtaxat attenditur prerogativa aetatis, iuxta originariam doctrinam Alex. conf. 4. n. 2. & per tot. l. 4. quam sequuntur Alciat. conf. 138. n. 1. Surd. conf. 403. Bellon. jun. conf. 11. n. 38. cum aliis concord. pleno calamo congeitis per Rot. Florent. dec. relata per Manf. conf. 99. n. 25. & dicit Rota in Bonon. fideicommissi de Blanchis 27. Novemb. 1693. §. praebat coram me. Ita ut hodie jure merito dicta successio acquista per d. Dionysium Seniore continuetur in Balasum ejus filium primogenitum, ut optime firmat decisio, qua revideatur §. sublatio.

Nec ad exclusionem majoratus mixti iuxta superius allegata, vitios est alicujus relevantiae intellectus datus verbis supra recensitis, quod fc. cum testator femel tantum expresse vocaverit seniore abique ulla alia explicita repetitionem senioritatis, dicta vocatio censeri debeat restricta dumtaxat ad primum ingressum dictae lineae Vincentii, praecipue concurrentibus illis verbis de successione in primogenituram, ex quibus defensores Alberti praetendebant inferre, quod testator voluerit ordinare in progressu primogenituram linealem, seu juris regulandam iuxta proximitatem senioris admitti, & transmissibilem nedum ad illius filios, & descendentes, sed etiam ad transverfales eidem proximiores in gra.

gradu, & iuxta ordinem intestatae successione: Quoniam exoptata repetitio senioris etiam in progressu successione visa est posse desumi ex eisdem verbis testamentariis, si expendantur iuxta propriam illorum constructionem, & grammaticalem sensum nimirum: *vadino al pin vecchio della linea del Colonnello suo Avo, sin che ve ne sarà di detta linea, e così ne suoi figliuoli, per primogenito*, cum quo sensu accepta, prout vere accipi debent, clare patet, dictam vocacionem senioris non esse restrictam ad solum primum ingressum, fed videtur repetita toties, & quoties eveniat casus successione per obitum senioris admitti sine filiis usque ad totalem extinctionem lineae universalis dicti Vincentii. Idem enim est, quod vocatio senioris legatur expresse repetita in ulteriori progressu, ac quod eadem fuerit per testatorem ordinata cum verbis collectivis, & denotantibus perpetuitatem, & successivitatem, ibi: *sin che ve ne sarà, ac cum verbis repetentibus eandem qualitatem senioritatis, ibi: ad d. d. linea, scilicet Vincentii*. Cum talia verba collectiva, & repetitiva operentur, ut in omni gradu, & casu censetur repetitus majoratus facti, ita ut omnes seniores de eadem linea in casu obitus admitti sine filiis dicantur ad successione invitati, nempe unus post alium usque ad totalem extinctionem ejusdem lineae universaliter contemplata, ut in fortioribus terminis est celebre consil. Angharini 27. n. 7. quem sequuntur in specie Bellon. conf. 11. num. 6. 11. & per tot. Menoch. conf. 117. n. 14. Castill. contr. jur. l. 5. c. 93. §. 3. per tot. Manf. conf. 197. sub num. 18. Molin. de primog. H. sp. l. 1. c. 3. num. 18. Torre de primog. Ital. p. 1. c. 9. §. 4. n. 38. usque ad fin. & de similibus dictionibus dixit Rota Florent. in decisione relata per Manf. conf. 99. n. 25. Rota Januenc. inter relatas a Torre de primog. decis. 17. n. 12. tom. 3.

Concurrente itaque repetitione Senioris, siue expressa, siue tacita, & virtuali ex verbis perpetuitatem denotantibus elicita, cum paria sint aliquid esse expresse repetitum, vel quod veniat necessario ab expressis, Bald. in l. cum quod, num. 5. ff. si certum petatur, Bellon. jun. conf. 1. num. 107. Mart. Med. dec. 10. num. 29. exinde vitium sui sequi, quod majoratus institutus dicitur irregularis, & perpetuo saluariatius de uno in alium seniore, universae lineae dicti Vincentii redeunte casu obitus senioris primo admitti absque filiis, & in transitu de una linea in aliam subalternam non attenditur ordo primogeniturae regularis, siue juris iuxta proximitatem gradus, sed major aetas ex doctrinis supra allegatis in §. quomobrem cum alii pleno calamo cumulatis per Rocc. disp. jur. c. 4. num. 1. sicque stance expressa, vel tacita repetitione senioritatis, nec videtur dissentire Torre in contrarium allegatus d. par. 1. cap. 17. §. 3. ante numer. 23. vers. quod si testator, & iterum, sub num. 24. vers. Quando in aliis successio vocacionibus, & in puncto firmavit Rota in Fancem. immunitis 17. Maii 1694. §. Et ratio, cor. Reverendiss. D. meo Ursino Decano.

Minusque in progressu ejusdem lineae Vincentii universaliter contemplatae pretendi potest esse inductam primogenituram linealem, ex illi verbis: *per d. primogenito in primogenito*, quia licet hujusmodi verba legantur in eadem oratione contenta, qualificant tamen solos filios, & descendentes senioris admitti, quibus immediate adherent, ibi: *E così ne suoi figliuoli per primogenito in primogenito in primogenito*, ex vulgata regula, quod relatio fit ad proxima, sicque ex dictis verbis nequit dici inductam primogenitura linealem, siue juris regulanda iuxta proximitatem gravati ad favorem transverfaliurum proximiorum: Tum quia dum testator vocavit primogenitos cum qualitate filiationis, ista qualitas non convenit transverfaliibus, licet proximioribus gravato, siue seniori defuncto absque filiis, Bellon. conf. 11. n. 42. Mangil. de impu. q. 77. n. 164. Torr. de primog. d. par. 1. c. 16. num. 1. Ex optima quidem ratione elicta ex eo, quod transverfalis transverfalem non generat, ad tradita per Ramon. conf. 100. n. 190. Paris. conf. 72. n. 109. & segg. Mangil. d. q. 77. sub n. 171. & ex professo Torr. de primog. Ital. p. 2. q. 1. n. 18. alique relati per Leo dec. Valent. 60. n. 44. Tum fortius quia cum idem testator invitaverit seniore de universa linea Vincentii cum dictionibus perpetuitatem denotantibus, ibi: *Vadino al pin vecchio della linea di Vincenzo suo Avo, sin che ve ne sarà di d. linea, & seniore admisso*, quatenus iste decederet cum filiis, eos vocaverit cum qualitate primogeniali, ibi: *E così nell' suoi figliuoli per primogenito in primogenito in primogenito*, hinc Domini arguebant, d. testatorem neque habuisse hae duo nomina appellativa, nempe senior, & primogenitos pro synonymis, ut in proposito firmavit Card. de Luca de fideic. disc. §. n. 9. Manf. con-

sol. 172. n. 29. neque restrinxisse vocacionem senioris ad primum ingressum lineae Vincentii, quinimò in progressu universae lineae dicti Vincentii instituisse vere majoratum saluariatium, dum primogenituram linealem, siue juris ordinavit dumtaxat favore filiorum senioris admitti, & sic in ejus linea effectiva, adeout ex isto diverso ordine succedendi discretive praescripto ab ipso testatore in suis casibus particularibus clare convincitur, quod eveniente casu obitus senioris admitti absque filiis in transitu faciendae de una linea ad aliam subalternam, inter transverfales dictae lineae universaliter contemplatae, neutiquam sit attendenda proximitas gradus respectu defuncti, sed qualitas majoris aetatis a testatore requisita, ut optime firmant doctrina supra relata, & in proposito dixit Rota in Bonon. fideicommissi de Blanchis 27. Novembris 1693. §. quandoquidem coram me.

Crescitque vis argumenti ex pluribus aliis circumstantiis, & conjecturis, quae majororem reddunt mentem testatoris circa constitutionem majoratus facti in tota, & universalis linea dicti Vincentii: & prima est, quod licet tempore conditi testamenti ex dicta universalis linea effectiva Vincentii plures adessent personae, & linea subalternae testatori bene nota, ut in arbore data, nihilominus ipse abique ulla praedilectione alicujus ex dictis personis, seu lineis subalternis indefinitè vocavit seniore ex dicta linea effectiva Vincentii universaliter contemplata, ex quo datur intelligi, quod vere testator in tota latitudine dictae lineae universalis Vincentii voluerit instigare majoratum facti, seu saluariatium, nedum in ingressu, sed etiam in progressu, ut in fortioribus terminis ad trutinam expensis rationibus utriusque adductis per eximios nostri temporis, C. elaboratissime de cetero fuit ad exclusionem primogeniturae linealis, seu juris per Rot. Januenc. in celebri causa majoratus de Grimaldis dec. 16. n. 3. & per tot. inter relatas per Torr. de primog. Ital. tom. 3. ubi ad satisfactum occurrit omnibus, quae in contrarium adduci possunt, cum non sit major ratio, cur prerogativa aetatis debeat attendi in primo, non autem in ulteriori progressu, ut persequitur d. Rota Januenc. in d. dec. 16. n. 17. praesertim quando ut in nostra hypothese testator non vocavit simpliciter majorem nam latino sermone, ex quo possit oriri difficultas, an hunc terminum haberet pro synonymo cum illo primogeniti, & in compati se valeat cum primogenitura regulari, sed loquutus fuit materno idiomate, ibi: *Vadino al pin vecchio*, quae verba denotant in omni tempore, & casu prerogativam aetatis usque a testatore volitam, & sic constitutum fuisse majoratum saluariatium, ut in terminis praecisus consulti Bellon. jun. d. conf. 11. per tot. Altogr. contr. 75. Theol. q. for. l. 1. q. 35. n. 17. & 37. Card. de Luca de fideic. disc. 4. n. 7. disc. 5. n. 8. & 9. Manf. conf. 706. §. Septima conjectura, Torr. de primog. Ital. p. 1. cap. 2. n. 53. & idem repetit in consilio lineae, & aetatis, c. 39. §. 3. n. 83. Rotam in Laurent. majoratus 26. Junii 1664. & 16. Januarii 1665. cor. clar. mem. Card. Taya confirmata 26. Junii ejusdem anni, & 28. Junii 1666. coram bo. mem. Bourlemont.

Secunda emergit ex eo, quod si fieri testator in extinctione lineae Ludovici filii, & quando fieri deberet transitus ad lineas transverfales promanentes a Vincentio noluit attendi proximitas gravati respectu ejusdem Ludovici, vel ultimi ab eo descendentes, sed ut supra dictum est, absolute, & indefinitè invitavit seniore de linea dicti Vincentii, & ista extinctio seniorum de linea Alexandri, & sic de aliis; Ita pari modo dicendum est eundem testatorem voluisse constitutere majoratum saluariatium in dictis lineis subalternis universae lineae Vincentii toties quoties daretur casus, quo per obitum senioris admitti absque filiis aperiretur novae successio, cum una pars testatoris aliam declararet, ut in his terminis ponderat Fular. conf. 99. n. 24. Sabell. var. res. ref. 40. n. 8. & 9. Spada conf. 52. n. 5. cum aliis vulgaribus.

Tertia accedit, & desumitur ex eo, quod in alia subalterni substitutione ordinata post totalem deficientiam lineae dicti Vincentii, favore universalis lineae Alexandri, sic disposuit, ibi: *E poi vadino al pin vecchio della linea d'esso Alessandro del quondam Cavalier Orazio Naldi, & a Adonagor Vicario suo fratello, se in quel tempo fosse vivo, e così di primogenito in primogenito, sin che vi sarà di detta linea*. Unde patet, quod quando testator voluit ad successionem invitare non solum descendentes ex linea effectiva senioris admitti, sed etiam illius fratrem transverfalem iuxta proximitatem gradus, hoc scivit clare, & expresse explicare, itaut ubi talem explanationem omisit, censetur voluisse diversimode disponere, argumento text. in l. unica, §. fin. C. de caduc. toll. Cor. conf. 9. n. 6. optime Torr. de primog.